

episcopo obtinuerit. In exequiis vero defunctorum, in quibus juxta pontificalis romani parte III. tit. de officio, quod post missam solemnem pro defunctis agitur; et cæremonialis episcoporum lib. 2. cap. II. dispositionem conveniens, ut fiant absolutiones, tam ab ipso episcopo celebrante, quam ab aliis quatuor episcopis, vel prælatis, si adsint, vel in defectum episcoporum a quatuor primis dignitatibus, vel canonicis, ut hujusmodi quatuor sive dignitates, sive canonici absolventes in actu tantum absolutionum prædictarum mitra simili uti possint, facultatem tribuimus, et impertimur.

Prohibetur ne paramenta assumantur ad altare, aut in choro, neve pontificalis benedictio imperiatur.

§. 6. Inhärentes autem sacrorum rituum congregationis decreto die xxix. januarii anni MDCCLI. edito, et a sa. mem. Benedicto XIV. prædecessore Nostro suis literis apostolicis tertio kalendas martii ejusdem anni confirmato, volumus, ac districte præcipiendo mandamus, ne dignitas, aut canonicus celebrans præsumat ullo modo vel pontificalibus indumentis ad altare, aut in choro indui, vel populum trina benedictione benedicere, vel cum formula episcopali *pax vobis* salutare, vel pastoralis baculo uti.

In festo corporis Christi, usus mitræ inter dicitur.

§. 7. Nullus vero sive canonicus, sive dignitas in processione corporis Christi mitram in capite gestare, aut mitra in aliis præterquam in supradictis collegialibus functionibus uti unquam valeat. Insuper vobis singulis vestrumque successoribus, ut in propriis armis et insigniis mitram sine pileo apponi facere, et addere possitis, licentiam impertimur.

Derogatio generaliorum.

§. 8. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Ac in uberius paternæ benevolentiae argumentum vobis, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum in arce Gandulphi Albanensis diocesis sub annulo piscatoris die xvi. octobris MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno tertio.



CXLIX.

Datum die 8. novemb. 1771 Anno III.

Confirmantur regulæ, seu constitutiones congregationis presbyterorum sæcularium operariorum evangelicorum civitatis Januensis.

Venerabili fratri archiepiscopo Januensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri seculares congregationis operariorum evangelicorum nuncupatæ civitatis Januensis quod novissimis temporibus eadem congregatio in dicta civitate canonice (ut asseritur) erecta, atque instituta fuit, non solum ut inde viri in ea adscripti operæ spiritualium exercitationum, ac literarum academiis, studiisque probi, et idonei ecclesiastici efficerentur, verum quoque ad hoc ut æternæ christifidelium salus sacramentorum administratione, oratoriis, aliisque piis operibus promovenda, et procuranda esset. Pro recto itaque ejusdem congregationis regimine, ac gubernio nonnullis præscriptis regulis ac constitutionibus eas non solum bo. me. Joseph Saporiti tunc archiepiscopus Januensis approbavit, sed etiam regulæ, et constitutiones hujusmodi a te quoque die xxix. januarii MDCCLXVIII. confirmari, ac denuo approbari promeruerunt. Harum igitur regularum tenor est qui sequitur, videlicet.

Expositio præcæm pro approbatione regularum.

§. 2. Regulæ congregationis sacerdotum sæcularium sub titulo operariorum evangelicorum erectæ Genuæ in aede præpositurali sancti Donati sub auspiciis Virginis immaculatæ, et sancti Francisci Salesii.

Tenor constitutionum.

CAPUT I.

De fine Congregationis

§. 3. Congregatio operariorum evangelicorum in præcipuum finem sibi propositum habeat majorem Dei gloriam, et pietatis incrementum in promovenda scilicet primum cleri disciplina, ritque formandis atque jugiter excolendis in vinea Domini operariis per academiis scientiarum, theologiæ potissimum dogmaticæ, et moralis, sacrorum rituum, et cæremoniarum, nec non per

Finis congregationis est gloria Dei, et incrementum pietatis.

frequentes collationes de rebus ad pietatem, et ecclesiasticam perfectionem spectantibus; tum præsertim exercitationem in cathechizando, prædicando, sacramentis penitentiae, et eucharistiae probe administrandis omnino cuilibet ecclesiastico necessariam; hinc in populo, et iis maxime cælibus, qui rudiores sunt de rebus fidei, et morum instruendis, atque santificandis per cathechesim, assiduas pias adhortationes, spiritualia exercitia, ac demum sacramentorum penitentiae, et eucharistiae laudabilem frequentationem.

CAPUT II.

De congregationis ordinibus.

Sacerdotes congregationis in duos ordines distribuuntur.

§. 4. Congregationis sacerdotes in duos ordines distributi habeantur. Qui primum ordinem constituunt, operarii evangelici: qui alterum, operarii coadjutores nuncupantur. Hic autem operariorum coadjutorum ordo, veluti quidem permanentiae status censeatur, propterea quod sunt vera congregationis membra. Quocirca unusquisque coadjutorum ita parato animo semper erit, ut ad operariorum evangelicorum numerum libenter transitum faciat, quotiescumque ad ipsum eligatur. Nemini vero licebit commendatione aliqua, vel industria uti, ut sibi huiusmodi promotionem acquirat.

Operarii evangelici teneantur semper talarem habitum gerere in civitate, non ita coadjutores, quamquam, et ut ipsi usu talaris habitus in urbe speciali quadam ratione distinguerentur, congregatio maxime cuperet.

Tum operarii, tum coadjutores officialibus congregationis se subjiciant neque abnuant illud munus, quod sibi commendatum fuerit suscipere, neque contra ulli se muneri intermisceant, cui consilium, idest consulta non addixerit.

CAPUT III.

De consilio secreto, seu consulta.

Consulta explicat quidquid in constitutione relatum est, dirigit functiones, et congregationis operas moderatur.

§. 5. Seni ex ordine primo sacerdotes congregationi universae regendae, gubernandaeque destinantur. Qui principem inter eos locum obtinet, praeses, qui vero praesidis, si forte desit, aut absit, vices gerit, propraeses appellatur. Utrique, dum vivent, suum gradum obtineant. Corpus hoc legitime congregatum consilium, decretum, sive consulta dicatur.

Consultae munus, atque onus esto explicere, et explanare, quidquid in hisce regulis obscurius fortasse, aut strictius expressum fuisset, et quodcumque dubium circa ipsas quovis tempore suboriri posset; caveant tamen, ne regulis eisdem quantum ad rem ipsam, et naturam pertinet, quidquam obsint, aut lædant. Curent propterea ut quidquid explicatum fuerit, in majorem semper congregationis, et proximiorum utilitatem redundet.

Penes ipsam esto etiam facultas functiones dirigere, et directorias tantum pro iisdem functionibus præstare normas, quæ vim suam habeant, et observandæ omnino sunt, nec non super qualitatibus, et conditionibus tum operariorum, et coadjutorum, tum officialium, et vocalium congregationis decernere.

Item moderandis operibus omnibus congregationis, tum quæ huc usque suscepta sunt, tum quæ forent in posterum suscipienda, eleemosynis etiam, expensis, capitalibus, redditibus, omnino præsit consulta; hac tamen lege, ut quodcumque agatur de explicatione, declaratione, et interpretatione regularum, item de extraordinariis expensis quæ excedant summam scutorum centum romanorum, itemque de novis operibus suscipiendis, nisi tamen a præside nomine proprio suscipiantur, teneantur in pleno numero congregari, adscitis sex aliis sacerdotibus ex ordine operariorum, eorumque consilium audire.

CAPUT IV.

De generali congregatione.

§. 6. Generalis congregatio ex omnium tum operariorum, quam coadjutorum numero constabit, qui in operibus, et functionibus congregationis se se exercent. Legitimi habeantur omnes, et singuli congregationis generalis conventus, quibus interfuerint saltem duodecim congregati, inclusa consulta.

Congregatio generalis constat ex omnibus operariis, et coadjutoribus.

In operibus, et functionibus congregationis actu operantibus accenseri fas sit eos tantum, quos consulta quotannis declaraverit secundum ipsorum in dictis operibus frequentiam et labores. Qui vero sive ut operarii, sive ut coadjutores ad integrum decennium in prælaudatis operibus laboraverint, et ad ætatem quadraginta annorum jam pervenerint, pro actu operantibus habeantur.

CAPUT V.

De novi præsidis eligendi ratione.

Præses eligitur
per secretas
schedas, con-
cessa prælato-
ne ei qui fue-
rit a præside
defuncto no-
minatus.

§. 7. Cum præses obierit, vel cesserit officio, generalem congregationem quam citissime (autumnalibus vacationibus exceptis, nisi necessitas urgeat) convocet consulta. Unusquisque separatim in quadam chartula operarium unum, vel duos, quos velit scribat, chartulam secreto in urna, aut capsula superius aliquantulum perforata, seu aperta ipse reponat; quo facto generalis congregatio dimittatur.

Consulta legitimo numero congregata factas nominationes restringat ad tres, et iterum generalis convocetur, cui tres ex ordine nominatos in medium proferat. Deinde si quam chartulam præses vita defunctus obsignatam reliquerit, in qua operarios ad id officium eligendos nominaverit, eam chartulam consulta resignet, et ex nominatis in dicta chartula primos duos, quos huiusmodi munere dignos, et idoneos censeat consulta, generalis congregationis suffragiis subjiciat, quorum alteruter, si duas suffragiorum partes sortitus fuerit, præses declaretur; si minus generali rursus ambo proponantur; quod si forte neuter in utraque suffragiorum collatione illum, quem diximus, calculorum numerum obtinuerit, dicti duo a præside, et tres itidem a consulta nominati suffragiis subjiciantur, quique ex prædictis duas suffragiorum tertias partes consequutus fuerit, electus habeatur. Si secus in hac quarta, vel si chartula comperta non fuerit in secunda collatione, qui majorem quam sui competitores partem retulerit præses esto.

Quod si electus aut curas, quibus detineretur, deponere, aut officium capere recusaret, in ejus locum alium consulta nominandum sufficiat: generalis vero congregatio ex omnibus eisdem nominatis, quem velit, eligat eadem suffragiorum ratione habita, ut postremo loco constitutum est.

CAPUT VI.

De consultoribus, eorumque electione.

Consultores
in quadrienni-
um eligantur
et singuli
singulis annis
ab officio ces-
sent.

§. 8. Consultores in quadriennium in suo gradu perdurent, exceptis præside, et propræside, de quibus supra. Non omnes tamen simul ab officio cessent, sed singuli, singulis annis. Ad novum ergo consultorem eligendum convocetur generalis congregatio infra octavam san-

cti Francisci Salesii, nisi tamen necessitas urgeat rem subito conficere; quod faciendum, quotiescumque officium consultoris vacabit ante completum quadriennium quacumque ex causa; tum enim citius, quoad fieri potest, consultor eligatur pro reliquo tempore generali congregationi operarios tres consulta proponat. Debent autem operarii proponendi ex eorum numero esse, qui in operibus, et functionibus congregationis actu adlaborant per biennium saltem, debentque trigesimum ætatis annum attingisse; et ille pro electo habeatur, qui majorem partem retulerit favorabilium suffragiorum.

CAPUT VII.

De consultæ substitutis, deque ejus secretario, eorumque electione.

§. 9. Si forte desit, aut absit aliquis consultor, ejus vices gerat ex substitutis aliquis. Nominationibus, et suffragiis substitutos hosce eligat ad annum consulta eo numero, quo ipsa velit. Sint substituti iisdem dotibus, quæ ad electionem consultorum requiruntur præditi, atque ornati.

Substituti ad annum eligantur, et secretarius consulte inter consultores eligatur.

Consulta eum, qui sit a secretis, sive secretarius, ex suis consultoribus eligat; et in officio erit, quo usque ipsa velit. Si contingat secretarium abesse, aut morbo, aut alio quovis impedimento detineri, junior ex congregatis legitime consultoribus huiusmodi officio fungatur.

CAPUT. VIII.

De ascribendis respectivis congregationis ordinibus.

§. 10. Nullus sacerdos inter coadjutores operarios cooptetur nisi prius consulta alicui congregationis operi, aut functioni addixerit. Hinc elapso aliquo notabili tempore ipsius consultæ iudicio, et arbitrio, congregationi generali proponatur.

Sine ordine congregationi nemo ascribi potest in quovis ordine ipsius congregationis.

Clerici in sacris ordinibus constituti (hi vero tantum, qui diu, et laudabiliter in operibus congregationis sese exercuerint) albo coadjutorum ascribi possint.

Evangelici operarii ex classe coadjutorum assumantur, minori tamen, quam fieri possit, numero, eoque solum, quo opus sit, et sufficiat ut eorumdem operariorum ordo servetur et vigeat. Quare neminem ex coadjutori-

bus accersiri liceat operariis evangelicis nisi cum necessitas congregationis, vel utilitas postulabit.

CAPUT POSTREMUM

De quibusdam ex præcipuis congregationis functionibus, deque earumdem regimine.

Describuntur
functiones per-
ragendæ in con-
gregatione, et
ordo in illis
servandus in-
dignatur.

§. 11. Singulis congregationis operibus rector, sive director constituatur atque etiam protector, si ita consultæ visum fuerit, quæ arbitrato suo ex alterutra classe utrumque deligat. Rector in iis, quæ ad operam suæ curæ commissam pertinent, quam diligentissime invigilet, atque incumbat, simulque caveat, ne res novæ vel pravi usus in sodalitiū, sive in ipsas functiones irrepant. Idque demum etiam atque etiam studeat, ut hæc disciplina perpetua sit, nullaque in parte labefactetur, neve maturo sine consultæ iudicio quidquam immutetur.

Accademia moralis theologiæ, autumnalibus vacationibus ad duos menses exceptis, singulis operariis diebus habeatur, nisi die meditationi assignato impediatur. In hac autem rector unum aliquem ex probatoribus tutioribusque auctorem explanandum sumat; posteroque die per ipsum, vel per aliquos ex academicis ea repetantur, quæ superiori die explanata fuerint. Difficultates, quæ in explanatione objicerentur, vel a rectore potius proponerentur, ab eodem diluantur, atque etiam explanatæ materiæ casus, et quæstiones dissolvantur. Aliæ scientiarum, atque linguarum accademix prout res, tempusque postulaverit, ut hactenus a pluribus annis fieri consueverunt, habeantur.

Semel in hebdomada, idque plerumque die jovis primo mane solemne sacrum, sive missa cum sacris ministris peragatur ad ritum Gregorianum. Solis ecclesiasticis detur ingressus qui superpelliceo amicti, quot capi possunt ante aram, hoc est in presbyterio, eidem sacro intersint. A diacono, dicto evangelio, celebrans sacerdos ex dominicæ superioris evangelio desumptum, et ad ecclesiasticos mores pertinentem sermonem fere ad horam habeat, et alloquio ad affectus movendos concludat. Hierophantes, hoc est magister chori, et cæremoniaram ante, et post sacrum in ipso sacrario aliquid de cæremoniis doceat, atque admoneat. Superiori autem vespere alia itidem pia exer-

citatio pro solis ecclesiasticis de more suscipiatur, in qua lectio ad dimidiam horam præcedat. Hinc rector ex eadem lectione excerpta puncta ad aliam dimidiam meditanda proponat, in quibus unusquisque se expendat, atque inflammet; inde consequatur aliqua breviuscula ad profectum congregationis vocalis præcatio. Et rursus ad dimidiam ex iis nonnulli a rectore rogati ad cæterorum utilitatem demisse aperiant ea, quæ ex habita meditatione perceperint, qua super re ipse etiam rector, quid senserit, exponat.

Singulis sacellis, sive congregationis operibus sacerdotes sive ad confessiones excipiendas, sive ad alia munia obeunda a consulta quotannis assignentur. Ad ingressum tertia pars rosarii recitetur, indeque actus theologarum virtutum, atque principia christianæ doctrinæ scitu necessaria alta voce dicantur, et de verbo, ad verbum a populo repetantur. Interim sacrum sive missa celebretur. Hinc catechismus ad integram horam habeatur, et a digniore ad quadrantem spiritalia monita, et adhortationes ad nostras functiones, et ad sacramenta rite frequentanda familiariter adjungantur. Denique facta a populo communionem et impertita sanctissimi Sacramenti in pyxide conditi benedictione, alterum sacrum functioni finem imponat. Eadem fere ratio vigeat diebus operariis in iis etiam sacellis, quæ inopes frequentant.

Puerorum sodalitiū, sive congregatio perpetuo regatur ita ut hactenus a pluribus lustris recta est. Hi ubi ingressi fuerint, distribuuntur in classes, rudimenta que fidei catholicæ congruenter libello interrogationum, et responsionum ab ecclesiasticis hominibus, vel magistris etiam secularibus integram ad minus horam interrogentur, atque eadem memoriæ tradere jubeantur; unde unusquisque, quæ adhuc ignorat, instanter addiscat, et de classe in classem translatus in omnibus optime imbuatur. Sic ad doctrinam probe instructi, ad evangelicam perfectionem, virtutesque efformandi, ad postremam classem provehantur, in qua a præfecto presbytero familiari allocutione proficiantur. Classium completo tempore ad rectoris audiendam currentis diei, vel festi evangelicam explanationem omnes confluant. Cantata inde aliqua oratione sacrum peragatur. Interim meditando aliquid ex habita explanatione depromptum rector pueris pro eorum captu proponat, et panem eucharisti-

cum summentibus pios affectus, dum sumunt, excitare conetur. Tandem admonitiones agentur, et post actionem gratiarum præmia distribuuntur.

Sodalitium virorum, sive congregatio eodem utatur instituto, quo uti solent scholastici adolescentes, modo sermonis loco explanetur. evangelium diei, vel festi currentis et super dicta explanatione meditatio exhibeatur.

In singulis sodalitiis, sive congregationis sacellis, vel oratoriis, et in sodalitiis, sive congregatione virorum, quibus puerorum cura demandata fuerit, singulis annis ad octo, decemve dies habeantur exercitia spiritualia, quibus interesse unicuique sit facultas.

Quotannis celebretur festum s. Francisci Salesii cum missa cantata ad ritum Gregorianum, et cum oratione panegyrica. In omnibus sacellis, sive oratoriis, et in omnibus sodalitiis sive congregationibus Christi corpus universim sumatur, sive fiat communio generalis eadem die, vel in dominica infra octavam, aliqua addendo ad excitandam fovendamque pietatem in tam eximium patronum.

Hæc omnia observentur, et vigeant ad cleri institutionem, et sanctificationem ad spiritualem proximorum omnium salutem, ut in omnibus glorificetur Jesus Christus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum; ita tamen ut congregatio ita erecta per adprobationem, et confirmationem hujusmodi regularum a sancta Sede humiliter petendam, atque obtinendam nullatenus censeatur exempta ab ordinarii jurisdictione, cui libentissime se subjectam profitetur.

§. 12. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat regulæ, et constitutiones hujusmodi quo firmiter subsistant, et serventur exactius, dicti exponentes per nos confirmari, et approbari plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium concilii Tri-

dentini interpretum qui relationem tuam super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, ac votum dilecti filii Nostri Andreae S. R. E. cardinalis Corsini nuncupati ad hujusmodi negotium examinandum ab ipsis deputati perpenderunt consilio, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, præinsertas regulas seu constitutiones dictæ congregationis presbyterorum secularium operariorum evangelicorum nuncupatorum, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro tuo arbitrio, et conscientia gratis approbes, atque confirmes, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

§. 13. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis pro quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus, constitutionibus et ordinationibus nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum ac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava novembris millesimo septingentesimo septua-

Clausula subiecta, et decreto irritante.

Derogatio contrariarum.

Confirmatio apostolica pro validiori observantia regularum, et constitutionum.

gesimo primo pontificatus Nostri anno tertio,

CL.

Datum die 11
novemb. 1771
Anno III

De nativitate pueri Caroli Clementis, catholici regis nepote publicæ gratiarum actiones Deo peragenda præcipiuntur.

Clemens PP. XIV:

Borboniæ gentis laudes retextentur, ut justum esse gaudium, pro diuturna stirpis propagatione, evincatur.

§. 1. Cum magnopere ad rempublicam pertinere, tum Ecclesiæ ipsius plurimum interesse arbitrati semper sumus, venerabiles fratres, ut amplissimæ regum familiæ sanctissimis religionis institutis jamdiu fundatæ ac stabilitæ diuturna stirpis propagatione similem veræ ac solidæ pietatis gloriam remotissimæ posteritati transmittant. Verum hujus utilitatis magnitudo Nobis potissimum obversabatur animo, cum de carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici liberis ac successione cogitarem, ejusque ac majorum illius innumerabiles laudes atque in Ecclesiam merita recenseremus. Ad has publicas commodorum rationes accedebant peculiare Nostri in illum amoris causæ, mutua officiorum inter Nos consuetudine magis in dies confirmatæ, quibus fit, ut quæcumque ad illum pertineant, ad Nos æque attinere existimemus. Quare cum eadem, qua ille, sollicitudine, et maximo desiderio successuri in tantam regnorum spem ejus nepotis teneremur, facile intueri potestis, venerabiles fratres, immensam a Nobis perceptam jucunditatem, cum primum expletam studii Nostri expectationem vidimus. Optatissimum hunc nuncium ex regis ipsius literis accepimus, quibus lætitiæ suæ vi Nostrum in sinum effusa, Nos in gaudii sui societatem vocabat, et nepote se auctum, atque eundem Nostro suoque nomine de sacro regenerationis fonte jam a se susceptum esse afferebat. Una itaque natum illum esse regno, regi, Nobis, Ecclesiæ, ac Deo ipsi intelleximus, ac secundissima omnia in illum auspicia e cælo collata esse agnovimus.

Virtus commemoratur regine principissæ Aloisæ Mariæ, quæ ordini Carmelitarum virginem nomen dedit.

§. 2. Hunc Nostræ jucunditatis sensum magnopere amplificavit, quod eodem plane die hæc ad Nos essent allata, quo die dilectissima in Christo filia Nostra Aloisia Maria regina Galliarum principissa relicto paternæ ac regalis aulæ splendore in Carmelitarum

virginum ordine Christi paupertatem atque humilitatem complexa, fide data se religiosæ vitæ legibus obstrungebat, Deoque devovebat. Propterea Nos inclytam illam, ac prope divinam, Deique munere inditam virtutem tunc præcipue animoolvebamus, ac Nos ipsi huic ac omnibus seculis memorandæ celebritati interesse, eaque vota ac sponsiones in manus Nostras coram excipere videbamur. Dum defixi in hac jucundissima cogitatione essemus, et novam hanc præclaram laudem Borbonio nomini, ac præsertim carissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum regi christianissimo accedere lætaremur, ille ex Hispania nuncius paternum animum Nostrum ad aliam Borboniæ item gentis felicitatem, et uberrimam Nobis inde perfruendam lætitiã convertit.

§. 3. Summas atque immortales ex templo regum regi, ac regorum largitori et conservatori Deo gratias persolvimus, cujus singulari et communibus votis jamdiu implorato beneficio pulcherrimas has gaudii causas Nobis esse datas videmus. Quam multæ enim fuerunt, quam assidue Nostræ, et catholici regis propterea fusæ ad Deum preces; quæ vota et in Hispaniæ regnis, et hujus urbis Nostræ templis suscepta! Nos potissimum Nostram hanc sanctorum duodecim apostolorum basilicam festo beati Josephi a Cupertino die, quem natalis pueri dies statim est consecutus, adivimus, ibique a seraphico Patre beato Francisco, unaque a beato Josepho, quorum præsens erga Nos apud Deum patrocinium semper experti sumus, ut adesse Nobis tanta in re vellent, enixe flagitavimus; eisque porro opis Nobis præstitæ memores, cum festus beati Francisci ageretur dies, in seraphica eius nominis atque ordinis basilica, magnaque hominum frequentia gratissimum animum Nostrum publice, ut debnuimus, testati sumus. Quem igitur Deus optimus maximus impertitus Nobis est atque Ecclesiæ dilectissimum in Christo filium, regi nepotem, Hispaniæ delicias, ac spem mansuræ felicitatis, eundem servare ut salvum item ac incolumem velit, atque in illo avitæ, et pateruæ pietatis, æquitatis, clementiæ, cæterarumque regiarum virtutum exempla renovare, omnino confidimus. Nos certe, quantum studio et pontificia charitate coniti et contendere possumus, ut maximus hic cumulus divinis beneficiis adjungatur, deprecando obsecrandoque præstabimus. Quapropter Deo omnipotenti commendamus egrégium

Cælestes benedictiones super puerum implorantur.

puerum Carolum Clementem a Nobis una cum catholico rege in sacra regeneratione susceptum, atque incirco tanquam novum atque illustre summi inter Nos amoris ac necessitudinis pignus futurum: beatissimo item Petro, cujus apostolicam dignitatem in infirmitate Nostra retinemus, cuique idcirco studia Nostra acceptissima fore scimus, tenendum eundem et custodiendum tradimus. Atque hæc vobis, venerabiles fratres, communicanda esse duximus, ut pro ea, quam in Ecclesia habetis parte, vota vestra Nobiscum jungatis, et publicis lætitiæ significationibus declaretis animorum vestrorum sensus in his faustissimis regni catholici domus incrementis, in quibus maxima rei Christianæ, atque hujus apostolicæ Sedis præsidia et ornamenta continere cognoscitis.

Datum die 18
novemb. 1771
Anno III.

CLI.

Prohibitio extrahendi libros ex archivio metropolitanæ ecclesiæ Compostellanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ pro obtinendo remedio ne libri, et scripturæ ad ecclesiam pertinentes disperdantur.

§. 1. Cum sicut dilecti filii capitulum, et canonici metropolitanæ ecclesiæ Compostellanæ, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi conservationi, et mantentioni librorum, et scripturarum in archivio, et ratiocinatoria metropolitanæ ecclesiæ hujusmodi nunc et pro tempore existentium opportune a Nobis provideri, et ut infra, indulgeri plurimum desiderant.

Prohibetur extractio sub poena excommunicationis latæ sententiæ uni sanctæ Sedi reservatæ.

§. 2. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam cujusvis status, gradus, qualitatis, conditionis, præminentia vel dignitatis, etiamsi de gremio ejusdem capituli, aut etiam quocumque munere, aut officio, vel jurisdictione fungens, seu alias etiam speciali mentione, et expressione dignus

Bull. Rom. Tom. IV.

libros quaternæ, folia, sive impressa, sive manuscripta, aliaque quæcumque instrumenta, et documenta in archivio, seu ratiocinatoria prædictis nunc, et pro tempore quocumque existentia exinde sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, occasione, vel ingenio in totum, vel pro parte etiam minima, absque expressa prædictorum capituli, et canonicorum, seu eorum majoris partis, et si expediens visum fuerit, etiam per secreta suffragia præstanda licentia, et consensu extrahere, vel asportare, aut ut extrahantur, vel asportentur, mandare, vel curare, aut permittere audeat quovis modo, seu præsumat sub excommunicationis pœna per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo per quemcumque nisi per Nos, seu romanum Pontificem pro tempore existentem (præter quam in mortis articulo constitutus) absolvi possit; et quoties per capitulum, et canonicos prædictos licentia hujusmodi concedi contingat, ut præfertur, toties in libro ad hoc destinato nomen personæ, seu personarum, quibus licentia hujusmodi concessa fuerit, nec non dies, mensis, et annus; ac libri, seu folia extracta describantur, atque in eodem archivio, seu ratiocinatoria, eorum usu finito, reportentur, et reponantur sub eadem excommunicatione, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdiciamus, ac respective præcipimus, et mandamus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ metropolitanæ ecclesiæ, ejusdemque capituli, et canonicorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præ-

Derogatio contrariorum.

B b b

sentis prohibitionis exemplum in valvis dicti archivii, et ratiocinatoriæ, vel alio loco conspicuo, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, affixum assidue remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava novembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLII.

Datum die 2.
decemb. 1771.
Anno III.

Confirmatio jurisdictionis cumulativæ in causis fraudum et capitulorum artium civitatis Ripanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium.

§. 1. **P**aterna, quam de omnibus christifidelibus, eisque præsertim, qui etiam quoad temporalia Nostri, et apostolicæ Sedis subditi sunt, auctore Domino gerimus cura, quam maxime urget, ut juxta ipsorum sinceram, ac majorem in Nos, et Sedem prædictam devotionem, et fidem liberalioribus gratiarum muneribus eos prosequamur.

Expositio præcui.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines civitatis Nostræ Ripanæ, quod ipsi, præter alia privilegia, gratias, et indulta sibi a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri, et Sede prædicta, eorumque legatis, vice-legatis, et præsidibus concessa, cumulativa quoque fruuntur jurisdictione, qua publicus magistratus, et commissarii pro tempore existentes dictæ civitatis in causis tantum fraudum, quæ contra tenorem, ac dispositionem capitulorum publicos proventus concernentium committuntur, una simul procedunt. Hanc enim cumulativam jurisdictionem anno MDCXCII. bonæ memoriæ Marcellinus Albergotti tunc temporis præses civitatis montis Alti, prius perpensis juribus hinc inde deductis, approbavit, et confirmavit, suisque literis ad magistratum prædictum conscriptis injunxit, ut in posterum cumulative quoque in eisdem causis adversus delinquentes procedendum esset, his adjectis conditionibus, nempe, quod sive commissarius dictæ civitatis Ripanæ, sive idem magistratus in fraudibus inveniendis alterum respective prævenisset, tunc processus conficiendus quidem esset a proprio cancellario

illius, qui prior in præveniendo fuisset, sed is ad absolutionem, seu condemnationem reorum minime procedere valeret, absque præsentia, et voto alterius, qui quartæ partis pœnarum exigendarum particeps esse deberet, deductis prius expensis processus, aliisque ad cancellariam pertinentibus semper pro medietate dividendis inter cancellarium commissarii, et respective secretarium communitatis hujusmodi; atque insuper mandavit, ut quoad reliquas tres partes, id, quod antea fieri consueverat, in posterum quoque esset peragendum; ac alias prout in ipsius Marcellini præsidis literis prædictis die xiii. martii ejusdem anni MDCXCII. scriptis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Deinde vero prædicta omnia sic, ut præfertur, a memorato Marcellino præside constituta, atque præscripta anno MDCCXXVI. a tunc existentibus S. R. E. cardinalibus consultationibus negotiorum ditionis temporalis ejusdem S. R. E. præpositis per literas die xxxi. augusti anni prædicti ad locum tenentem civitatis montis Alti transmissas exequenda esse, responsum fuit, ac alias prout in eisdem literis, quarum pariter tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, tam præmissa omnia in duabus literis prædictis, sicuti præmittitur, disposita, et constituta, quam etiam capitula artis tam ruralis, quam fabrorum ferrariorum, et sutorum alias per felicis recordationis Nicolæ pp. V. prædecessorem Nostrum, ac bonæ memoriæ S. R. E. cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, et a tunc existentibus ejusdem S. R. E. cardinalibus præfatis consultationibus præpositis sub diversis respective temporibus approbata per Nos una cum earundem artium exemptione ab onere solvendi communitativam gabelam introductionis, extractionis, et passus approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris,

Expostulatur apostolica adprobatio statutorum, et literarum apostolicarum.

Conceditur gratia ad trinitates præexistentis consuetudinis, quæ integra servari præcipitur.

sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, auditis super præmissis informationibus opportunis, jurisdictionem cumulativam prædictam publici magistratus, et commissarii pro tempore existentis ejusdem civitatis Ripanæ in causis tantum fraudum, quas committi contigerit, contra tenorem, ac dispositionem capitulorum publicos proventus concernentium secundum distinctiones, et conditiones, ac præscripta expressa in dicta epistola ipsius Marcellini præsidis data sub die xiii. martii MDCXCII, ac, ut præfertur, approbata ab alia epistola memoratorum cardinalium consultationibus negotiorum ditionis temporalis ipsius S. R. E. præpositorum die xxxi. augusti MDCXXVI. auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adicimus; ac præterea tam capitula artis ruralis approbata a præfato cardinali Aldobrandino sub anno MDXLVII. et a tunc existentibus prædictis cardinalibus consultationibus eorundem negotiorum ditionis temporalis hujusmodi præpositis sub anno 1547 quam capitula artium fabricorum ferrariorum, et sutorum item per alias in simili forma brevis ejusdem Nicolai prædecessoris anno MCCCCLII. expeditas literas approbata, cum prædictarum artium exemptione ab onere solvendi communitativam gabellam introductionis, extractionis, et passus prout in publicis libris continetur, auctoritate, et tenore prædictis confirmamus pariter, et approbamus.

Clausula salutaris.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Aliter iudicandi potestas singulis eripitur.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia

Bull. Rom. Tom. IV:

roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLIII.

Dat. die 11.
decemb. 1771
Anno III.

Indulgentiæ plenariæ, et remissionis peccatorum beneficium conceditur iis, qui ecclesias s. Pauli decollati die 23 aprilis cujusvis anni visitaverint.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentis literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Ad augeandam fidelium religionem, et animarum salutem celestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui aliquam ex ecclesiis clericorum regularium congregationis s. Pauli decollati Barnabitarum nuncupatæ ubicumque existentibus die vicesima tertia mensis aprilis a primis vespere, usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Concessio sub certis legibus.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus

Derogatio e contrariis.

B b b 2

perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu procuratoris generalis dictæ congregationis subscriptis, et sigillo ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die xi. decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 18.
decemb. 1771.
Anno III.

CLIV.

Concessio favore catholicorum armenorum Anciræ indulgentiæ plenariæ, et remissionis peccatorum aliquibus annualibus præcipuis festivis diebus consequendæ.

Dilecto filio Malachiæ Seniserchis
sacerdoti armeno.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem
et apostolicam benedictionem

Quæ sint præstanda prælini-
tur, ut gratia
consequatur,
et dies descri-
buntur in qui-
bus concessio
suas exercere
vires debeat.

§. 1. Libenter intelleximus, dilecte fili, quæ ad nostram hanc congregationem de Propaganda fide nuper scripsisti de apostolicis laboribus tuis, quos in excolenda istic vinea Domini, Deo incrementa dante, sedula, assiduaque opera impendis, ac de ea præsertim fidelium utilitate, quam universalis jubilæi istic promulgati opportunitas intulit, Deoque ipsi propterea plurimas egimus gratias, cujus benignitate fructus prodierunt uberrimi, tibi que eas dedimus laudes, quæ egregio muneri, quo fungeris, convenire maxime debeant, cum in eo exercendo evangelicum animarum zelum, ac in proximum charitatem cum prudentia, doctrinaque coniunxeris. Quapropter deesse Nobis videremur, si novas istic exercendæ operæ tuæ, ac inflammandæ in isto fideli populo pietatis opportunitates non supeditaremus. Itaque per hasce nostras in forma Brevis literas, quas ad te, dilecte fili, transmittimus, plenariam peccatorum indulgentiam sollemnioribus per annum diebus, videlicet resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, pentecostes, epiphaniæ, assumptionis bea-

tæ Mariæ Virginis, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac seraphici patris s. Francisci lucranda ab omnibus armenis Anciræ catholicis, quicumque prius confessi, ac sacra communione refecti pro exaltatione Ecclesiæ, pro infidelium conversione, ac pro hæresum extirpatione Deum oraverint, ad septennium duraturam apostolica auctoritate concedimus. Deum vero ipsum Nos precamur, ut consilium hoc nostrum ad suam magis magisque augendam gloriam conversum suæ bonitatis ubertate sæcundet, tibi que ut ad eam curandam majori divinæ gratiæ incremento confirmemur, cælestis benedictionis auspiciem apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xviii. decembris MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno tertio

CLV.

Statuta, et literæ apostolicæ prohibentes esum carniū monachis Carthusiensibus confirmantur, et plenam executionem habere debere statuitur.

Dat. die 20.
novemb. 1771.
Anno III.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Sanctas, ac primævas regularium ordinum institutiones tanta cum spirituali utilitate ab eorum professoribus per sæculorum spatia adamussim executas, et a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri non semel etiam confirmatas apostolicæ quoque auctoritatis Nostræ præsidio libenter denno communimus, dum id a Nobis petitur, et in Domino conspicimus expedire.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius de Maisons monachus expresse professus, et procurator generalis ordinis Carthusiensis, quod ab exordio usque dicti sui ordinis, nempe ab anno circiter MLXXXIV. abstinentiam ab esu carniū servandam ordo ipse sibi constituit, eamque omnes primi illius monachi religiose ita servarunt, ut anno MCV. Giugo quintus illius prior generalis tam laudabilis consuetudinis executionem inter cætera statuti ejusdem ordinis capita apposuit, atque ad illam in capit. xxxix. §. iii. de cura infirmorum obligatos voluit infirmos, piscium esum in infirmitatibus

Ordinis describitur usus circa esum carniū.

eis tantum permittendo. Hanc vero abstinentiam ab esu carniū confirmarunt postea resolutiones capitulorum generalium ipsius ordinis, quæ a fel. rec. Alexandro pp. III. prædecessore Nostro anno MCLXXVIII. approbatæ fuerunt; ac rursus, dum idem ordo anno MCCLXIX. suorum statutorum exactionem compilationem explevit in cap. XLIV. §. IV. præscripsit, ut esus carniū, cui ordo renuntiavit, nulli concedatur, etiamsi sit leprosus. Quoniam autem tempore rec. mem. Pauli pp. V. itidem prædecessoris Nostri aliqui ex professoribus dicti ordinis sub colore nonnullarum causarum dispensationem super hac re ab officio pœnitentiariæ apostolicæ obtinuerant, idem Paulus prædecessor nullas, ac irritas illas declaravit, eisque uti sub pœna excommunicationis prohibuit. Deindeque idem ordo, ut abstinentia ab esu carniū in ipso magis, magisque firma redderetur, omnisque spes cuiuscumque dispensationem ab ea obtinendi sublata penitus foret, in ultima ejus statutorum collectione quo ad illam sui animi sensum clarius aperuit, ut liquet ex cap. X. primæ partis §. XXIV., cujus tenor est, qui sequitur, videlicet.

Tenor statutorum ordinis hac super re.

§. 3. Quia secundum sanctissimam Nostri ordinis consuetudinem a sanctis patribus Nostri introductam omnem esum, et sumptionem carniū, et omnium, quæcumque ex carniū quomodolibet constant, sive per modum cibi, sive per modum potionis, aut sorbitionis sumantur, a Nostro proposito abjecimus; statuimus, ut quicumque Nostri ordinis professus hujus tam laudabilis institutionis transgressor extiterit, carnes videlicet comedendo, seu alicui personæ ordinis ministrando, aut comedentibus, vel ministrantibus consentiendo, vel non prohibendo, cum potuerit prohibere, vel qui infra domus suæ clausuram quibuscumque personis carnes ministraverit seu ab aliis permiserit ministrari, nec prohibuerit, prohibere cum valebit, si prior, vel vicarius, aut procurator hoc fecerit, ipso facto tanquam ipsius sui instituti calumniator, et transgressor obedientiam perdat, et vocibus, ac locis debitis, et cæteris obedientiis ordinis careat in æternum. Si vero simplex monachus, aut alia quævis persona ordinis extiterit, voce, loco, et obedientia carens perpetuo ad capituli generalis voluntatem carceri mancipetur.

Statutum fuit confirmatum.

§. 4. Quod sane statutum piæ mem. Innocentius pp. XI. prædecessor itidem Noster per alias suas in simili forma Brevis die xxvii. martii MDCLXXXVIII.

expeditas literas approbavit, et confirmavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro expressis, et insertis haberi volumus, plenius continetur. Præterea rec. mem. Clemens pp. XI. prædecessor quoque Noster per suas in pari forma Brevis die ii. maii MDCCXII. expeditas literas sub excommunicationis, aliisque per statuta dicti ordinis inflictis pœnis expresse prohibuit, ne quispiam quavis præeminentia, potestate, vel dignitate præditus in monasteriis ordinis hujusmodi carniū uti, ac vesci permittere auderet, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis prædictis, quarum tenor est sequens, nempe.

§. 5. Clemens pp. XI. ad perpetuam rei memoriam. Ex juncto nobis cælitus apostolicæ servitutis munere in eam præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter religiosos viros, qui a sæculi turbis longe remoti vota sua Altissimo mente quieta, et ad Deum per contemplationis sublimitatem reddere student, quantum Nobis ex alto conceditur tueri, atque conservare satagamus. Supplicationibus itaque dilecti filii Nostri Annibalis S. R. E. diaconi cardinalis Albani nuncupati Nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, ordinis Carthusiensis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quispiam monasteriorum dicti ordinis superior, vel alius ejusdem ordinis monachus, seu alia quælibet persona, quemcumque sive ecclesiasticum sæcularem, vel regularem quavis mundana, vel ecclesiastica præeminentia, potestate, vel dignitate, etiam cardinalitia fungentem carniū in monasteriis ordinis hujusmodi adversus illius antiquam, et laudabilem consuetudinem, sive publice, sive secreto uti, et vesci permittere audeat quovis modo, seu præsumat sub excommunicationis latæ sententiæ, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus, obtinere queat, aliisque per statuta memorati ordinis auctoritate apostolica confirmata inflictis pœnis eo ipso absque alia declaratione incurrendis dicta auctoritate tenore præsentium interdiciamus, et prohibemus. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos

Clemens XI. firmiter statutum servandum esse præcepit.

spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, et inconvulso observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia et potestate fungentes, et functuros sublati eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno priori generali dicti ordinis harum serie committimus, et mandamus, ut ipsas præsentis literas in omnibus, et singulis ordinis prædicti provinciis, et monasteriis quamprimum publicari curet, ne quispiam illarum ignorantiam allegare possit. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dicti ordinis, ejusque provinciarum, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, et ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 11 maii MDCCXII pontificatus Nostri anno XII: F. Oliverius.

Preces parretæ pro confirmatione prohibitionis.

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, dictus Ignatius regulam hanc abstinentiæ prædictæ in suo ordine præcipuam, atque a tot sæculis observatam, ac diligenter executam in posterum quoque observari, et exequi; ideoque memoratas prædecessorum Nostrorum, ac præsertim ipsius Clementis prædecessoris literas per Nos

confirmari, et approbari, omnesque dispensationes, quæ contra præmissorum omnium formam, et dispositionem vel a Nobis, vel a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris concessæ usque adhuc sint, revocari, et annullari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 7. Nos igitur ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratas eorundem prædecessorum Nostrorum, ac potissimum dicti Clementis præinsertas literas cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulas dispensationes ex quavis causa, et quomodolibet contra præmissorum formam, et dispositionem a quibusvis ejusdem ordinis professoribus obtentas, et per Nos, sive alios romanos pontifices prædecessores Nostros concessas, indultas, et elargitas auctoritate, et tenore prædictis revocamus, annullamus, easque nullius roboris, et momenti esse volumus, et declaramus. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmatio apostolica.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis

Derogatio contrariorum.

in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVI.

Dat. die 25.
decemb. 1771.
Anno III.

In magno conventu Parisiensi ordinis minorum s. Francisci Conventualium viginti tantum loca seu paternitates domus statuuntur, et cuique provinciæ sua respective loca assignantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum
porrectarum
pro obtinenda
declaratione
quantitatis lo-
corum paterni-
tatis.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum provinciarum regni Franciæ, quod cum Nos per alias nostras in simili forma Brevis die ix. superioris mensis augusti expeditas literas unionem inter ipsos, ac fratres Ordinis minorum sancti Francisci de Observantiâ nuncupatos, et in eodem regno existentes auctoritate apostolica confirmaverimus, et approbaverimus; ac nuper, seu hodie pariter alias Nostras in eadem forma Brevis expeditas literas quantitatem, ac numerum provinciarum ordinis minorum Conventualium regni hujusmodi decreverimus, et statuerimus, hinc dicti exponentes octo provinciis a Nobis, ut præfertur, constitutis jus ad gradus, et paternitates domus vocalium nomine nuncupatas relative ad magnum conventum civitatis Parisiensis dicti ordinis per Nos tribui, et assignari, aliaque pro recto ejusdem conventus regimine, et gubernio constitui plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

In civitate Parisiensi viginti constituantur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes gratis, et favoribus presequi volentes,

et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolverentes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, in magno conventu dictæ civitatis Parisiensis, ac ejusdem ordinis viginti tantum loca, seu paternitates domus vocalium nomine nuncupatas auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus, ac instituimus. Ex his autem viginti locis, seu paternitatibus quatuor provinciæ Franciæ, tria cuilibet ex provinciis, Turoniæ nempe, Aquitanicæ, et sancti Bonaventuræ, duo vero cuique ex provinciis Clementinæ scilicet, sancti Ludovici, ac Massiliensi, et unum provinciæ Lotharingiæ auctoritate, et tenore prædictis pariter perpetuo concedimus, et assignamus.

§. 3. Non alios tamen ad loca, seu paternitates hujusmodi in dicto conventu admittendos esse volumus, nisi eos, qui vel provincialis munus obierint, vel definitores perpetui sint, aut baccalaureatus honore, et gradu fruantur, itaut, eveniente obitu unius illorum, a provincia ejusdem defuncti quatuor nominari debeant, ex quibus pro tempore existens minister generalis dicti ordinis minorum Conventualium successorem eligere, ac deputare possit, et teneatur.

Statuitur qui admitti possint ad loca, seu paternitates.

§. 4. Ut igitur quietius, ac commodius præmissa omnia exequi valeant, magnum conventum prædictum civitatis Parisiensis, et ordinis minorum Conventualium hujusmodi omnimodæ subjectioni, et jurisdictioni nunc, et pro tempore existentis ministri generalis prædicti pari auctoritate, et tenore supponimus, atque subicimus dictumque conventum omnibus, et singulis juribus spiritualibus, quibus antea fruebatur, potiebatur, et gaudebat, in posterum quoque pari modo, et absque ulla prorsus differentia frui, potiri, et gaudere debere decernimus, et declaramus.

Conventum Parisiense subicitur ministro generali ordinis.

§. 5. Præterea, ut unaquæque ex octo provinciis prædictis suos respective alumnos, qui studiis operam dare velint, ad magnum conventum prædictum mittere valeant eos juxta majorem, vel respectiva minorem fratrum cujusque provinciæ numerum proportionabiliter mittendos esse volumus, atque statuimus.

Alumni provinciarum in eo recipi debent.

§. 6. Electionem vero guardiani ejusdem magni conventus ad nunc, et pro tempore existentem ministrum ge-

Electio guardiani reservatur ministro generali.

neralem memorati ordinis spectare, et pertinere decernimus, et quemadmodum in cæteris ipsius ordinis conventibus, qui immediatæ jurisdictioni illius ministri generalis prædicti subsunt, confirmatio illorum respectu officialium in capitulo conventuali electorum ab eodem ministro generali peragitur, ita et postquam officiales memorati magni conventus, ejusque studii a capitulo illius conventuali electi fuerint, ipsorum sic electorum confirmationem, et approbationem ad eundem ministrum generalem spectare pariter, et pertinere volumus, atque declaramus.

Deputatur executor literarum apostolicarum.

§. 7. Præmissa itaque omnia a Nobis per præsentem, sicuti præfertur, disposita et constituta, ut rectius, ac uberius suum consequantur effectum in earundem præsentium Nostrarum literarum executorem venerabilem fratrem Joannem Josephum archiepiscopum Arelatensem auctoritate, et tenore prædictis eligimus, et deputamus, ipsique Joanni archiepiscopo, et executori, ut eo celeriori, ac promptiori, quem rerum circumstantiæ nunc postulant, modo, tam guardianus, quam patres domus, seu vocales dicti magni conventus, ac studentes, et alii illius officiales eligantur, facultatem pro hac prima vice tantum guardianam, et patres, seu vocales prædictos, regentes, procuratorem, sacristam, et studentes, ac ipsorum studentium magistrum eligendi, ac nominandi; nec non ea etiam, quæ bonum, ac rectum ejusdem magni conventus regimen, et temporalem illius honorum administrationem respiciunt, pro sua pietate, doctrina, prudentia, charitate, et religionis zelo statuendi, ac ordinandi pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis provincialium, et conventus hujusmodi etiam

juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVII.

Datum die 25
decemb. 1771
Anno III.

Constitutio numeri provincialium fratrum sancti Francisci Conventualium in regno Franciæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Alias Nos ad preces dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum sancti Francisci tam Conventualium, quam de Observantia respective nuncupatorum provincialium omnium in regno Franciæ existentium, unionem eorundem fratrum minorum de Observantia cum fratribus minoribus Conventualibus prædictis unanimi utriusque partis consensione enixe volitam, et petitam sub certis modo, et forma tunc expressis, auctoritate apostolica approbavimus, et confirmavimus, et alias, prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die 1x. augusti currentis anni expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Exponitur quo modo jam sub certis modo, et forma unio omnium provincialium in regno Franciæ existentium de creta fuerit.

§. 2. Nuper autem pro parte eorundem fratrum sic, ut præfertur, unitorum expositum Nobis fuit, quod cum ante unionem hujusmodi unde-

Preces portate pro unione duorum aliarum provincialium nuncupatarum sancti Benedicti.

cim essent provinciæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia, et respective Conventualium in dicto regno, ac illiarum dux eodem nomine sancti Bonaventuræ nuncuparentur, admodum vero utile, ac conveniens in capitulo jampridem habito in civitate Parisiensi mense septembris MDCCLXX. visum fuerit, ut post secutam unionem hujusmodi, ex undecim provinciis prædictis, octo tantum provinciæ constituendæ essent, et ex duabus provinciis, quæ uno eodem nomine sancti Bonaventuræ prius appellabantur, una in posterum ex eis Clementinæ nomine esset nuncupanda, atque unicuique ex provinciis, sicut præmittitur, noviter constitutis, peculiare custodiæ, et conventus assignari deberent. Quocirca dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut earundem provinciarum novam constitutionem, ac respective nuncupationem, una cum adscriptione custodiarum, et conventuum hujusmodi confirmare, et super præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: ex undecim provinciis hujusmodi ordinis jampridem fratrum minorum sancti Francisci de Observantia, et respective Conventualium in regno Franciæ existentibus, octo dumtaxat provincias auctoritate apostolica tenore præsentium effecimus, et constituimus, easque nuncupandas esse decernimus sequenti modo; nempe. 1.º Provinciam Franciæ. 2.º Provinciam Turoniæ. 3.º Provinciam Aquitaniæ. 4.º Provinciam sancti Bonaventuræ. 5.º Provinciam Clementinam. 6.º Provinciam sancti Ludovici. 7.º Provinciam Massiliæ. 8.º Provinciam Lotharingiæ. Unicuique autem ex provinciis prædictis sequentes custodias, et respective conventus tribuimus, et assignamus; provinciæ nempe Franciæ sex custodias, et quinquaginta duos conventus, videlicet. 1.º Custodiam Picardiæ, cum conventibus Ambianensi, Abavillensi, Bellovacensi, Noviomensi, Quintinopolitano, Peronensi, Raugensi, Gardensi, Blangensi, Dulendiensi, Maliacensi ad Vidulam, et sancti Richarii.

Bull. Rom. Tom. IV.

2.º Custodiam Remensem, cum conventibus Remensi, Catalaunciensi, Laudunensi, Suessionensi, et Compendiensi. 3.º Custodiam Normandiæ cum conventibus Cadomensi, Vernoniensi, Ebroicensi, Falesensi, Bajocensi, Vernoliensi, et Bernasensi. 4.º Custodiam Parisiensem cum conventibus Nannetensi, Sylvanectensi, Meldensi, Carnotensi, Stamparum, Alnetensi, et Nucetensi. 5.º Custodiam Campaniæ cum conventibus Trecensi, Senonensi, Antissiodorensi, Senzanensi, Provenjensi, Versiliacensi, Junvillensi, et Arcisiensi. 6.º Custodiam Rothomagensis cum conventibus Rothomagensi, Pontisarensi, Ave Mariæ Parisiorum, Malesherbensi, Castri Theodorici, Magniacensi, Leonensi, Boloniensi, pontis Audomari, Valoniarum, Viriensi, Sasiensi, et magnæ Villæ. Provinciæ vero Turoniæ sex custodias, et quadraginta novem conventus tribuimus, videlicet.

1.º Custodiam Turoniæ cum conventibus Turonensi, Andegavensi, Salmuriensi, Lochiensi, Castrodunensi, Angelorum, Vindociensi, Ambaciensi, et Blearum. 2.º Custodiam Britanniæ cum conventibus Rhedonensi, Cenomanensi, Durio-gensi, Lavalensi, Dinantri Armorico-rum, Feliciteriarum, Corisopitensi, Quincampensi, ac Briconiensi. 3.º Custodiam Nannetensem cum conventibus Nannetensi, Andenusiensi, Savenajensi, Elisoniensi, Burgi Novi, Bodelisiensi, ac sancti Martini Tellierii. 4.º Custodiam Pictaviensem, cum conventibus Pictaviensi, Tugeriensi, Castri Heraldii, Juliodunensi, Partinsacensi, Toversiensi, Castri Radulphi, Mirabellensi, et Argentomagensi. 5.º Custodiam Alnetensis Tractus, cum conventibus Rupellensi, Niortensi, Fontonei comitis, Bessuirensi, Cholotensi, Robincerensi, Olonensi, et sancti Maxentii. 6.º Custodiam Santoni Mediolani, cum conventibus Santoni Mediolani, Verrauliensi, Engolismensi, sancti Joannis Angeriaci, Pontiensi, Conniacensi, ac Barbesillensi. Provinciæ autem Aquitaniæ decem custodias, et sexaginta duos conventus adscribimus nimirum 1.º Custodiam Aquitaniæ cum conventibus Tolosano, Apamiensi, Murellensi, Mirapicensi, Insulæ Jordanis, Sammataniensi, sancti Antonii Salinarum, et Rivensi. 2.º Custodiam Auxitanam, cum conventibus Auxitano, Mirandensi, Tarbensi, Nogaroliensi, Bello-montensi, montis Martiani, et Fidentiensis. 3.º Custodiam Navarræ inferioris cum conventibus Bajonensi, Ilaronensi, Palensi, Tartasiensi, Orthesiensi, Morlaniensi, et Aquarum Tarbellicarum. 4.º Cu-

C c c

Nomina statu-
untur, quibus
singula provin-
ciæ nuncupari
debeant, et
quibus consta-
re custodiis.

stodiam Burdegalensem cum conventibus Burdegalensi sancti Andree de Cuzasco, Liburniensi, Vasatensi, Castri Gelossi, Sparrensi, sancti Macarii, et Reontiensi. 5.^o Custodiam Agennensem cum conventibus Agennensi, Condomiensi, Villæ novæ, Marmadensi, Neracensi, Lectorensi, et Regulensi. 6.^o Custodiam Cadurcini pagi cum conventibus Cadurcensi, montis Albanensis, Montiscutiensi, Gordoniensi, ac Figuciensi. 7.^o Custodiam Albiensem cum conventibus Albiensi, Raptistani, Castrensi, Castri novi Arii, et Vauriensi. 8.^o Custodiam Rhutenensem cum conventibus Rhutenensi, Aureliacensi, sancti Flori, sancti Africani, et sancti Projecti. 9. Custodiam Petragoricensem, cum conventibus Petragoricensi, Montiniacensi, Exidoliensi, Sarlatensi, ac Bergeracensi. 10.^o Custodiam denique Lemovicensem cum conventibus Lemovicensi, sancti Juniani, Mentrioniensi, Brivæ Curretiæ, et Martelliensi. Provincie vero sancti Bonaventuræ quatuor custodias, et triginta quinque conventus assignamus 1.^o quidem custodiam Lugdunensem cum conventibus sancti Bonaventuræ Lugduni, Nostræ Dominæ prope Lugdunum, villæ Franciæ, Matisconensi, montis Brisoni, Viennensi, Romaniensi, pontis Vitelli, Turnoniensi, et Lozeinciensi. 2.^o Custodiam Burgundiæ Eduornæ cum conventibus Divionensi, Cabillonensi, Castellianensi, Belnensi, Barri ad Albulam Augustodunensi, Taulajensi, et Alessiensi. 3.^o Custodiam Alyerniæ cum conventibus Claromontensi, Ricomagensi, montis Ferrati, Brivatiensi, montis Luzzonis, sancti Gotioni Castri, Campagniensi, Vici Comitæ, et Cellulensi. 4.^o Custodiam comitatus Burgundiæ cum conventibus Dolensi, Ledonis Solinari, Nucilliensi, Cellierensi, Rubrimontensi, Charierensi, Provencharensi, atque Thonensi. Provincie autem Clementinæ quatuor custodias, et viginti duos conventus adnumeramus, idest 1.^o custodiam Occitanie, cum conventibus Alesiensi, Albinariensi, Maréngiensi, sancti Chelii, Podiensi, et Annoniacensi. 2.^o Custodiam Delphinatus cum conventibus Gratianopolitano, Valentiniensi, Moirensi, montis Ademarii, Crestensi, et Diensi. 3.^o Custodiam comitatus Burgundiæ cum conventibus Bisuntino, Salinarum, Graciensi, Burgensi, Cari Lori, ac sancti Galmierii. 4.^o Custodiam Algotiæ cum conventibus Tauniensi, Sarræ pontis, sanctæ Mariæ, et Selestadii, qui, nempe quatuor ultimodicii conventus, ab extera Argentinensi

provincia distrahuntur, ex eo quod (ut asseritur) in locis temporali dominio christianissimi regis subjectis existunt, Provincie vero sancti Ludovici tres custodias, et decem, ac septem conventus assignamus. 1.^o Enim custodiam Aquarum Sextiarum, cum conventibus Aquarum Sextiarum, Saloniensi, Aptensi, Briniolensi, Olbiensi, et Grassensi. 2.^o Custodiam Avenionis cum conventibus Avenionensi, Insulensi, Carumbiensi, Valreaciensi, Vapincensi, et Ebredunensi. 3.^o Custodiam Arelatensem, cum conventibus Arelatensi, Tarasciensi, Billoquandensi, Sommeriarum, ac Ucticensi. Porro Massiliensi provincie tres custodias, et viginti octo conventus tribuimus. Ac 1.^o Custodiam Massiliæ cum conventibus Massiliensi, Aquarum, sancti Hieronymi, Albinensi, Ollioullensi, Touryarum, Carcerum, sanctæ Catharinæ, Draguiquiani, Forojuliensi, et Antipoliensi. 2.^o Custodiam Narbonensem cum conventibus Narbonensi, Perpiniensi, Insularum, Limasiensi, Carcassonensi, Pesenacensi, Azillejensi, Montipessulansi, et Lunatensi. 3.^o Custodiam Tarasci, cum conventibus Tarasciensi, s. Remigii, s. Petri Canonei, Avenionensi, Carpentoratensi, Barbarianensi, Reilianensi, et Manoscensi. Denique provincie Lotharingie tres custodias, ac tredecim conventus concedimus, videlicet 1.^o custodiam Nanceii, cum conventibus Nancejensi, Tullensi, Rosentiarum, Vicensi, et Briniensi. 2.^o Custodiam Barleducensem, cum conventibus Lignejensi, Rembersicuriensi, Varenensi, et Cassinæ Ducensi. Ac 3.^o custodiam Vosaqui saltus cum conventibus Mirecuriensi, Neocumiensi, Rauriensi, atque sanctæ Mariæ ad Fodinas. Per hujusmodi autem prædictarum octo provinciarum erectionem, et constitutionem, spiritualibus gratiis, indulgentiis, juribus, jurisdictionibus, ac privilegiis, quibus antea quæcumque memoratæ provincie, earumque conventus, et fratres, prout etiam monasteria, et moniales regimini, et gubernio conventuum hujusmodi eorumve superiorum subiectæ, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomolibet usi, gavis, et potiti sunt, nullo modo præjudicatum esse volumus, imo iisdem omnibus, et singulis etiam, et in posterum pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, et gaudere debere statuimus, et declaramus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et

Clauſula ſublata, et decretum irritans

efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinum, provinciarum, et conventuum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, ac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVIII.

Dat. die 25.
decemb. 1771.
Anno III.

Reformatur Breve Benedicti XIV. extinctionem conservatorii tertiariarum sancti Francisci loci, seu terræ Lojani Bononiensis diœcesis præscribens, cum lege clausuræ in posterum servandæ

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die prima februarii MDCCXLV. expeditas literas conservatorium sub invocatione sancti Antonii tertiariarum sancti Francisci in terra Lojani Bononiensis diœcesis fundatum, ac subjectum curæ, regimini, et gubernio pro tempore existentis guardiani conventus sub titulo Anuntiationis beatæ Mariæ virginis civitatis Bononiensis ordinis minorum sancti Francisci de Observantia, quod idem Benedictus prædecessor cum in minoribus constitutus metropolitanæ ecclesiæ Bononiensi præseset, occasione peractæ sacræ visitationis inspexerat, tum quia in alpestri, ac fere inhabitato loco positum, ac perditorum hominum incurris obnoxium reperiebatur, cum propter dissentiones ortas inter fratres dicti ordinis et tunc existentem rectorem parochialis ecclesiæ ejusdem terræ, malamque reddituum ejusdem conservatorii administrationem, ac inter tertiarias hujusmodi discordias, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine a regimine, administrationeque pro tempore existentis guardiani prædicti exemit, et liberavit, ac conservatorium, et tertiarias hujusmodi curæ, regimini, gubernio, et jurisdictioni tam in spiritualibus, quam in temporalibus archiepiscopi Bononiensis, ac pro tempore existentis vicarii monialium subjecti, et præterea, ut conservatorium prædictum paulatim suo tempore deficeret, prohibuit, ne ullus puellam quamcumque ad habitum per tertiarias hujusmodi gestari solitum, vel locum in dicto conservatorio habendum admitteret, imo voluit, et mandavit, ut si quæ tunc in dicto conservatorio educandæ, sive convictrices reperirentur, essent ejiciendæ, unde memoratum conservatorium, vitam cum morte commutantibus omnibus, et singulis tertiariis in eo tunc existentibus, finem haberet, ejusque fabrica,

Memoratur tenor Brevis Benedicti XIV.

excepta ecclesia, alicui confraternitati, vel pio loco concedenda ad usus prophanos non tamen sordidos reduceretur, ac ulterius potestatem concessit eisdem tertiariis, ut ipsæ a dicto conservatorio de licentia præfati vicarii monialium egredi, et ad conservatoria civitatis Bononiensis, vel ad propriam domum pertransire valerent, tributa quoque facultate, tam eidem vicario ex causis sibi notis ejiciendi aliquas ex tertiariis hujusmodi a conservatorio prædicto, quam congregationi ad hoc in civitate ejusmodi ab eodem Benedicto prædecessore deputatæ alienandi bona ejusdem conservatorii pro dotibus restituendis ipsis tertiariis, reservata tantummodo ea quantitate, quæ responderet capitali bonorum ex testamentaria dispositione a quondam Maria Catharina Clarelli condita die vii. decembris MDCLXIX. eidem conservatorio relictorum, quæ ad alia loca pia in casu illius extinctionis transire deberent. Secuta vero memorati conservatorii totali extinctione, ipse Benedictus prædecessor mandavit, ut bona, sicuti præfertur, reservanda assignarentur locis piis substitutis, et si quæ reliqua fuissent, vel in casu, quo loca pia hujusmodi sub injunctis oneribus prædicta bona acceptare recusassent, ea omnia collegio seminarii ecclesiæ Bononiensis pro augmento majoris numeri alumnorum perpetuo applicavit, et assignavit, ac alias prout in ipsius Benedicti prædecessoris literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Plurima incommoda enumerantur, quæ obventura ab executione Brevis illius, quæ plurimorum annorum spatio suspensa mansit.

§. 2 Nuper autem exponi Nobis fecerunt dilectæ in Christo filiæ modo superexistentes tertiariæ sancti Francisci conservatorii prædicti nomine etiam dilectorum filiorum parochorum, et incolarum circum adjacentium locorum, quod cum postmodum, ne una quidem ex viginti sex tertiariis, quæ in dicto conservatorio tempore, quo memoratæ literæ emanarunt, reperiebantur, ad alia conservatoria, vel ad proprias domos transire cogitaverit, sed usque ad supremum vitæ spiritum quotquot adhuc defunctæ sunt in eo permanere omnino voluerint, ac quinque ex eis modo etiam superstites in spiritu charitatis, et pacis ibidem quoque permanserunt, ac permanent, hinc demandata, ut præfertur, hujusmodi conservatorii suppressio, ac extinctio suspensa nunc quoque reperitur: maximum vero damnum, ac præjudicium obveniret omnibus tam in-

colis dictæ terræ, quam finitimis populis, quoties suppressio, ac extinctio conservatorii hujusmodi in posterum sequatur; quippe quia eorum natæ neque locum inter tertiarias prædictas ab eadem Maria Catharina testatrice absque solutione dotis puellis comitatus Bononiensis in certo, ac designato casu relictum assequi possent, neque alibi recte, ac pie propter majores expensas, cælique diversitatem educari valerent. Quocirca conservatorium prædictum, in quo nulla postmodum inter memoratos fratres, ac rectorem amplius orta fuit controversia, nulla inter tertiarias ipsas viguit discordia, nullumque propter loci qualitatem scandalum, aut periculum evenit, in ejusdem terræ, et proximorum locorum commoditatem, ac utilitatem perpetuo servari posse etiam sub strictioris clausuræ legibus plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratias absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis expositis, et audita super præmissis informatione, ac voto dilecti filii Nostri Vincentii S.R.E. presbyteri cardinalis Malvetii nuncupati metropolitanæ ecclesiæ Bononiensis prædictæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis, nec non ex aliis circumstantiis Nobis notis, atque de speciali gratia, memoratas ipsius Benedicti prædecessoris literas die prima februarii MDCCXLV. ut præmittitur, expeditas in ea parte, qua suppressio conservatorii sub invocatione sancti Antonii tertiariarum nuncupatarum s. Francisci terræ Lojani Bononiensis diœcesis una cum assignatione, et applicatione bonorum a dicta Maria Catharina testatrice relictorum locis piis ab ea substitutis, vel collegio seminarii ejusdem ecclesiæ Bononiensis, ut præfertur, præscripta, ac demandata, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium reformamus, et revocamus, et ad eandem suppressionem, et extinctionem minime deveniendum esse ex causis etiam nobis notis decernimus, atque statuimus.

Præcipitur ut suppressio loci cum amplius non habeat.

Lex tamen im-
ponitur de su-
bjiciendo con-
servatorio ar-
chiepiscopo Ro-
maniensi.

§. 4. In reliquis vero praefatum conservatorium in omnibus, et per omnia eidem nunc, et pro tempore existenti archiepiscopo Bononiensi subjectum esse volumus, eidem omnimodam facultatem eligendi, ac deputandi confessarium ex ordine tamen fratrum minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum prius examinatum, et idoneum repertum, vitae ac morum honestate laudabilem juxta ejusdem pie testatricis, ac fundatricis mentem tribuimus, et impertimur. Praeterea idem conservatorium in futurum perfectae clausurae legibus omnino subiecti auctoritate, et tenore praedictis praecipimus, et mandamus. Quocirca ipsosmet clausurae terminos, quos tertiariae hujusmodi sponte hactenus, religioseque servarunt, ex voto deinceps ab eis servandos esse statuimus, atque decernimus; seclusisque propterea viris, praeterquam in casibus ab apostolicis constitutionibus permissis, facultatem tantum eidem nunc, et pro tempore existentibus tertiariis recipiendi ad educationem puellas, et scholas exercendi, ac veluti ad sacrum recessum ad convivendum postulantes optimae famae mulieres admittendi, nec non, januis exterioribus per confessarium prius clausis, ecclesiam a parte interiori, ut eam custodire ipsae valeant, ingrediendi, pari auctoritate, et tenore tribuimus, et impertimur.

Clausulum salu-
tates.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariarum.

§. 6. Non obstantibus praedictis ipsius Benedicti praedecessoris literis, quibus quoad praemissa sufficienter, ac expresse derogamus, nec non Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die xxiii. decembris MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno tertio.

CLIX.

Dat. die 8.
januarii 1772.
Anno III.

Innovatio quarumdam indulgentiarum, alias ordini monialium Visitationis B. M. V. immaculatae, sub instituto sancti Francisci Salesii ad septennium concessarum.

Clemens PP. XIV.

Dilectis in Christo filiabus abbatissis, seu priorissis, et monialibus quorumcumque monasteriorum ordinis Visitationis beatae Mariae virginis immaculatae, sub instituto sancti Francisci Salesii, salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **A**d augendam vestram devotionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus venerabilis fratris Nostri Henrici Benedicti episcopi Tusculani S. R. E. cardinalis ducis Eboracensis nuncupati, earumdem monialium apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis omnibus, et singulis, ac aliis in vestris monasteriis respective existentibus, vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, quae, praeter cappellam, seu altare, vel oratorium intra claustra monasteriorum hujusmodi situm, per Ordinarios respective locorum designandum, ecclesiam publicam exterioriorem e cratibus monasteriorum hujusmodi, in una ex feriis sextis quadragesimae, per dictos Ordinarios etiam respective designanda, ab ortu usque ad occasum solis feriae hujusmodi, necnon in primo, et ultimo ex novem diebus immediate antecedentibus festum nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, singulis annis, devote visitaveritis, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderitis, quo die ac feria hujusmodi id egeritis, plenariam omnium peccatorum vestrorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In caeteris vero feriis sextis praedictae quadragesimae, ac in reliquis ex supradictis novem diebus antecedentibus festum nativitatis dominicae, vobis omnibus, et singulis, aliisque praefatis, etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, cappellam, seu altare, vel oratorium hujusmodi, ac ecclesiam publicam ex-

Describuntur
indulgentiae
concessae, et
praeficiuntur
opera prestan-
da pro earum
consecutione.

teriolem. ut supra visitantibus, et ibidem, ut præfertur, orantibus, quo die, ac feria ex præfatis id egeritis, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis vobis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Indulgetur modus consequendi indulgentias que lucrantur ab eis qui visitant septem almæ urbis ecclesiæ, et scalam sanctam.

§. 2. Insuper vobis omnibus, aliisque præfatis vere pariter pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, quæ altare majus vestrarum ecclesiarum, respective pariter e cratibus ut supra, ac sex cappellas, seu altaria, vel oratoria intra claustra monasteriorum hujusmodi per dictos Ordinarios designanda sita, ter in anno devote visitaveritis, vel scalam intra eadem claustra sitam, orationi tantum destinatam, quater in anno, flexis genibus, pie ascenderitis, et ibi ut supra oraveritis, qua vice præfatarum id egeritis, ut eas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequamini, quas consequeremini, si septem almæ urbis Nostræ, tam intra, quam extra illius muros sitas ecclesias ad id designatas, personaliter et devote visitaretis, vel scalam sanctam de eadem Urbe etiam personaliter, et devote, flexis genibus, ascenderetis. Ac pariter vobis omnibus, aliisque supra dictis, quæ septem altaria (comprehensis altaribus existentibus in qualibet ex ecclesiis hujusmodi respective e cratibus eorumdem monasteriorum per vos visitandis) seu cappellas, vel oratoria intra claustra hujusmodi sita, per dictos Ordinarios specificanda, duodecim vicibus pro quolibet anno, ut supra visitaveritis, et ut præfertur oraveritis, qua vice præfatarum similiter id egeritis, ut eas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes itidem consequamini, quas consequeremini, si septem altaria in basilica principis apostolorum de Urbe sita ad id designata personaliter, et devote visitaretis, apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrarium.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut dicta scala aliis usibus non inserviat, utque si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Cæterum volumus pariter, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicu-

jus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo pircatoris die octava januarii millesimi septingentesimi septuagesimi secundi pontificatus nostri anno tertio.

CLX.

Datum die 10. januarii 1772. Anno III.

Præscriptio pœnæ tam a tironibus quam a magistris artis sartoriæ solvendæ in casu quo tirones ipsi summam confraternitati debitam juxta ejus statuta minime persolverint.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii custodes, et officiales confraternitatis tironum artis sartoriæ sub titulo sanctæ Crucis in ecclesia sancti Homoboni de Urbe, quod annuus introitus ejusdem confraternitatis unice residet in solutione obulorum quindecim, quam quisque ex tironibus, sive operariis tam masculis, quam feminis quolibet semestri peragere, et solutionis schedulam impressam bollettino vulgo nuncupatam obtinere debet; et quamvis vetitum sit magistris sive masculis, sive feminis artem sartoriam, et de giupponari pariter exercentibus, ne ipsi, et ipsæ penes se retineant operarios, ac operarias schedulam impressam hujusmodi minime habentes, sub pœna eisdem magistris imposita de proprio solvendi prædictos quindecim obulos.

Summa constitutionis confraternitatis tironum artis sartoriæ.

§. 2. Nihilominus præfata confraternitas nonnullis ab hinc annis ex unico ejus introitu prædicto parum, aut nihil consequitur; quippe quia pauci sunt illi, qui memoratam schedulam sponte obtinere curant, et quindecim obulos prædictos persolvunt, idque contingere solet, ex quo magistri, et magistræ hujusmodi penitus propter suam exiguitatem despicientes pœnam solvendi de proprio obulos quindecim sibi, ut præfertur, inflictam, parvi pendunt memoratam prohibitionem; laboratores vero, qui peragenda ab eis opera jam invenerunt omnem obtinendæ præfate schedulæ cogitationem deponunt. Præ-

Exponitur abusus introductus non solvendi semestralium taxam.

terea multi tam magistri, quam etiam plures magistræ hujusmodi, qui vel literas patentes nuncupatas Castri sancti Angeli, vel neophytorum, aliaqua similia privilegia respective obtinent, exemptionem suam ad operarios quoque, et operarias suas protendere adituntur; ita ut tam propter operariorum ac operariarum repugnantiam in solvenda adeo tenui quantitate, quam ob nimiam indulgentiam magistrorum, et magistrarum illos, et illas detinentium sine schedula prædicta; ac propter extensionem privilegiorum ad magistros, et magistras hujusmodi pertinentium, exactio prædictorum obulorum quindecim ad eum exiguitatis statum redacta conspiciatur, ut quidquid ex ea annuatim percipitur, vix suppleat tertiæ parti expensarum, quæ necessariæ sunt conservationi confraternitatis, hoc deficiente introitu, dubio procul perituræ.

Preces portæ pro obtinenda constitutione pœnæ in casu contraventionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tuta, ac facilis redderetur hujusmodi exactio, quoties in casu contraventionis major aliqua pœna tam magistris, quam operariis utriusque sexus in dictæ confraternitatis beneficium cessura, illius quoque intimatione præmissa, indicatur. Hinc dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica diguaremur.

Pœna constituitur in scutis quatuor.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quoque modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati audita super præmissis informatione, et voto dilectorum filiorum Nostrorum Alexandri, et Dominici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconorum cardinalium Albani, et Ursini respective nuncupatorum universitatis sartorum de urbe, et dictæ confraternitatis apud Nos, et Sedem apostolicam respective pariter protectorum, nec non dilecti filii magistri Alexandri Mariscotti Castri sancti Angeli præfecti, pœnam nempe duorum scutorum favore confraternitatis dictorum exponentium applicandam contra operarios, et operarias, seu laboratores utriusque sexus (si tamen non gaudeant privilegio neophytorum, et respective adscriptorum servitio, sive patentatorum Castri sancti Angeli prædicti, neque æqui-

valenti privilegio muniantur (qui prædictam artem de' sarti, e giupponari vulgo nuncupati exercuerint, sine memorata schedula impressa, seu bollecteno nuncupata auctoritate apostolica tenore præsentium indicimus, imponimus, et constituimus. Præterea pœnam quoque scutorum quatuor similium ejusdem confraternitatis beneficio pariter applicandam, ut præfertur, contra magistros, et magistras ejusdem artis) etiamsi ejusmodi neophytorum et patentatorum, vel alio quocumque privilegio fruuntur (qui in suis apothecis, vel pœnes se ad laborandum retinuerint operarios, et operarias ejusmodi privilegio destitutos, ac destitutas, et schedulam, seu bollectenum prædictum non habentes, auctoritate, et tenore prædictis sancimus, atque decernimus; ita tamen, ut istius pœnæ executio manu regia facienda, iisdem magistris, et operariis triduo antea intimari debeat, ad hoc ut illam intra dictum tempus valeant evitare; operarii scilicet, et operariæ dictam impressam schedulam, seu bollectenum accipiendo; magistri vero, et magistræ illos, illasve dimittendo, quatenus schedulam, seu bollectenum hujusmodi minime accipiant.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subtilis, et decretum irritans.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, universitatis, et confraternitatis hujusmodi aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores

Darogatio contrariorum.

præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima Januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXI.

Datum die 13.
Januarii 1772.
Anno III.

Fratribus ordinis minorum sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum provinciæ Cathalanniæ indulgetur, ut una tantum missa pro uno quoque eorum conventu celebrata juxta intentionem quam habuit Christus Dominus in cruce pendens, alias missas celebrare, et applicare possint juxta mentem eleemosynas offerentium.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ex statuto ordinis omnes missæ celebrandæ juxta mentem quam habuit Christus Dominus in cruce pendens.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Gerardus Rovira minister provincialis provinciæ Cathalanniæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, et Michael de Prades defensor fratrum ejusdem ordinis Recollectorum Discalceatorum nuncupatorum provinciæ prædictæ, quod juxta constitutiones pro gubernio conventuum eorundem recollectorum a felicis recordationis Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro per alias suas in simili forma Brevis die xviii. decembris MDCXXV. expeditas literas confirmatas, et approbatas, omnes fratres in eisdem conventibus commorantes missas omnes celebrare debent juxta intentionem, quam habuit Christus Dominus in cruce pendens, et alias prout in constitutionibus, ac literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Ratio commutationis regulæ hæc in parte.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, frigescente modo fidelium charitate, ac propter varias temporum vices gratuitæ omnino eleemosynæ ita imminutæ sint, ut superiores dictorum conventuum minime possint earum ope fratrum necessitatibus consulere, hinc missas per eos in poste-

rum celebrandas juxta mentem eleemosynas offerentium applicare posse plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis informatione, et voto dilecti filii Nostri Aloisii Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Torrigiani nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, eisdem nunc, et pro tempore existentibus fratribus conventuum prædictorum provinciæ hujusmodi, ut ipsi dummodo unam missam pro unoquoque conventu juxta intentionem, quam habuit Christus Dominus in cruce pendens ad formam earundem constitutionum, et literarum quotidie celebrent, reliquas omnes missas juxta mentem eis offerentium eleemosynas celebrare, et applicare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac cum eis desuper quoad executionem, et observantiam earundem constitutionum, et literarum circa volitam ab eis applicationem missarum hujusmodi gratiose dispensamus.

Concessio gratiæ cum suis limitationibus, et cautelis.

§. 4. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 5. Non obstantibus ejusdem Urbani prædecessoris literis prædictis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; pri-

Derogatio contrariorum.

vilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXII.

Datum die 25.
januarii 1772.
Anno III.

Applicatio hereditatis quondam Alberti Penna ferrariensis, universitati et collegio reformatorum studii generalis ejusdem Ferrariensis civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ferrariensem studii generalis universitatem dudum a felicitis recordationis Bonifacio pp. IX. predecessore Nostro erectam, et institutam, ac per alias Nostras sub plumbo sexto idus aprilis superioris anni amplioribus etiam gratiarum, et privilegiorum muneribus insignitam ulterius quoque in dies commodis ornare cupientes, in id apostolicæ auctoritatis Nostræ partes favorabiliter interponere non prætermittimus prout, omnibus mature perpensis, magis in Domino. conspicimus expedire.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii reformatores. almi studii universitatis prædictæ novissime a Nobis electi, nominati, atque insigniis collegii jure donati, quod alias tunc in humanis agens Albertus Penna nobilis ferrariensis in suo, cum quo. anno MDCLXXXVIII. decessit ultimo testamento, heredem universalem instituit communitatem ejusdem civitatis Ferrariæ cum onere erigendi, seu fundandi unum collegium sub cura, ac directione presbyterorum regularium societatis Jesu, ut ibi-

Bull. Rom. Tom. IV.

dem tot adolescentes, sive cives, sive ex ejusdem civitatis districtu, qui eorum ætatis annum agerent duodecimum usque ad vicesimum literas condiscerent, optimisque moribus, et disciplinis erudirentur, quot ex redditibus suæ hereditatis ali potuissent. Ipse vero Albertus testator animo recogitans, quod iidem presbyteri regulares, vel usque ab initio futuri collegii fortasse administrationem minime suscepissent, vel illam jam susceptam tractu temporis deinde reliquissent, hinc in utroque casu expresse prohibuit, ne suum uniri posset aliis collegiis, quæ sub directione eorundem presbyterorum regularium minime existerent, idque adeo cordi ipse habuit, et commendatum enixe reliquit, ut in hac parte nequaquam commutandam esse præceperit ejus voluntatem, cujus alioquin plenariam executionem congregationi constitutæ ex iudice, et magistratu sapientum, nec non reformatibus studii, et rectore collegii eorundem presbyterorum regularium dictæ civitatis idem testator commisit, et alias prout in ipsius Alberti testamento, cujus tenorem presentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Erecto itaque anno MDCXCII. collegio hujusmodi, illud una cum tota hereditate Alberti testatoris traditum fuit directioni, ac gubernationi eorundem presbyterorum regularium, qui solemniter adhibita stipulatione, se obligarunt, in eodem collegio detinere, ac educare duodecim alumnos a civitate prædicta nominandos juxta ultimam ipsius Alberti testatoris voluntatem. Vix autem elapsis decem annis, tum ob reddituum tenuitatem, cum propter æs alienum contractum, iidem presbyteri regulares petierunt, atque a hoc me: Fulvio, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Astalli nuncupato tunc in civitate, et ducatu Ferrariensi Sedis apostolicæ de latere legato obtinuerunt, ut numerus duodecim alumnorum, ad decem tantum esset redigendus, et in hoc statu collegium Penna prædictum ab anno MDCXCII. permansit usque ad annum MDCCXXVII. quo tempore cum illud magis magisque æri alieno obnoxium reperiretur, simulque immineret amissio majoris partis ejus reddituum ob litem promotam a Joanne Penna, qui sui favore duas sententias jam obtinuerat; hinc e re sua putarunt dicti presbyteri regulares ab onere administrationis hujusmodi se liberare, quousque contracta de-

Describitur status collegii Penna et quibus subjecerit vicissitudinibus.

Quibus, gratis, universitas ferrariensis donata a Pontificibus fuerit memoratur.

Summa testamenti Alberti Penna nobilis ferrariensis.

bita demissa fuissent, et lis prædicta penitus deficeret. Cumque id tam consilium centumvirale Ferrariæ, quam memorata congregatio eis permittendum esse censuerit, hinc idem collegium clausum postea semper fuit, neque ab eo tempore præfati presbyteri regulares usque adhuc unquam insteterunt pro recuperando illius gubernio, licet omne æs alienum solutum sit, et lis prædicta anno MDCCXLIII, transactionis ope dudum extincta reperitur; quæ sane agendi methodus tota tribuenda videtur tenuitati reddituum hæreditatis prædictæ, quippe quia deductis oneribus, aliisque, quibus gravata existit, etiam modo annui redditus hujusmodi summam quadrigentorum circiter scutorum monetæ, seu alterius veriõris summæ minime excedit; quæ sane quantitas impar omnino dignoscitur ad subeundas tot necessarias impensas, pro conservatione, ac mantentione unius collegii omnino requisitas.

Preces porro-
gata pro colla-
tione honorum
Penna univer-
sitati Ferrarien-
si.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfati Alberti testatoris voluntas juxta formam ab ipso præscriptam executioni committi minime valeat, tum quia modus deficit, ut præfertur, quo volitum collegium detineri, et conservari possit, cum etiam quia unio illius cum altero collegio eorundem presbyterorum regularium dictæ societatis Jesu nullum neque convictus locum in memorata civitate habentium æque difficilis aperte dignoscitur; e contra vero præcipuus finis a testatore volitus optimis moribus, et disciplinis erudiendi adolescentes tam civis suos, quam discriptus Ferrariensis uberius suum assequeretur effectum, quoties tributa per Nos administratione hæreditatis ipsius Alberti testatoris collegio pro tempore existentium reformatorum almi studii Ferrariensis, omnia ejusdem hæreditatis bona, actiones, jura, et pecuniæ sive usque adhuc exactæ, ac etiam depositæ, sive in posterum exigendæ, aliaque omnia quocumque modo ad hæreditatem prædictam spectantia eidem universitati studii generalis in ejus subventionem, et auxilium perpetuo uniantur, assignentur, et applicentur. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareremur.

Concessio jux-
ta preces.

§. 5. Nos igitur, plenissime audito super his dilecto filio Nostro Hieronymo tituli sanctæ Balbinæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Spinola

nuncupato, tamquam ejusdem universitatis Nostro, et apostolicæ Sedis delegato, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memorati Alberti testatoris ultimam voluntatem præsentibus pro plene, et sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta habentes, ejusdemque universitatis indigentis, et adolescentium prædictorum tam civium, quam ducatus Ferrariensis bono, ac utilitati paterna charitate magis magisque consulere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, administrationem hæreditatis ipsius Alberti testatoris, ejus ultima voluntate minime obstante, illaque per præsentem commutata, ad collegium pro tempore existentium reformatorum dicti almi studii in posterum, privative ad quoscumque alios perpetuo spectare, et pertinere auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, statuimus, et declaramus; et hæreditatem prædictam, omniaque ejus bona, jura, actiones, pecuniasque, tam usque nunc exactas, ac etiam depositas in summa circiter millium, et octuaginta octo scutorum monetæ, ac obulorum septuaginta quatuor, et duorum denariorum, quam in futurum exigendas, itemque nomina debitorum, nec non substitutiones, aliasque hæreditates, et legata quocumque titulo, et causa ad ipsius Alberti testatoris hæreditatem quomodolibet spectantia, et pertinentia eidem universitati studii generalis Ferrariensis in ejus subventionem, et auxilium, ac ut restorationi illius fabricæ, lectorum stipendio, aliisque suis indigentis, usibus consultum sit, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter assignamus, unimus, et applicamus, eandemque universitatem, et collegium prædictorum reformatorum in omnibus, et per omnia in locum, et personam dicti Alberti testatoris quoad actiones, et jura omnia sive præterita, sive præsentia, ac futura generaliter, et universaliter pari auctoritate, et tenore supponimus, et subrogamus. Quocirca eidem collegio reformatorum hujusmodi, ut per suum legitimum procuratorem ad id, quatenus opus sit, adhibita auctoritate judicis privati ipsius universitatis, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem omnium bono-

rum, rerum, et pecuniarum hæreditariarum dicti Alberti testatoris, una cum eorumdem bonorum juribus, et pertinentiis annexis, et connexis, ac ab eis quomodolibet dependentibus apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate, et tenore similibus, concedimus, et indulgemus.

Derogatio juris cuiusque etiam quæ sitorum super bonis Penna.

§. 6. Decernentes easdem præsentem litteras etiam ex eo, quod moderni hæreditatis ipsius Alberti testatoris administratores, et dicti presbyteri regulares societatis Jesu, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet jus, et interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, de nullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula subla, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus ejusdem Alberti testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, civitatis, societatis Jesu, et collegii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores de verbo ad verbum proplene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæ-

Bull. Rom. Tom. IV.

terisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIII.

Datum die 25. Januarii 1772. Anno III.

Assignatio unius loci in collegio Montalto Bononiæ pro uno cive nobili Urbinatensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quo major in collegiis ad ^{Præmium} juventutem erudiendam salubriter institutis adolescentium numerus reperitur, eo uberiores fructus inde obventuros esse in publicum bonum, ac utilitatem, benedicente Domino, merito putantes, ad ea, quæ majorem eorum frequentiam respiciunt, sollicitis studiis paterna charitate intendimus, atque in id apostolicæ auctoritatis Nostræ partes favorabiliter interponimus quemadmodum in Domino conspiciamus expedire.

§. 2. Nuper siquidem Nobis exposuit dilectus filius Noster Alexander Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Albanus nuncupatus, et collegii Montalto nuncupati civitatis Nostræ Bononiensis apud Nos, et Sedem apostolicam protector, quod, licet eidem collegio dudum a recolendæ memoriæ Sixto papa V prædecessore Nostro erecto, et instituto tot in sui primordio assignata fuerint bona, ut ex eorum fructibus quinquaginta adolescentes a pro tempore existente ejusdem collegii protectore, et a nonnullis civitatibus, terris, ac locis provinciæ Nostræ Marchiæ respective nominandi ibique detineri alique possent; nihilominus cum felicitis recordationis Urbani pp. VIII itidem prædecessor Noster nonnulla ex bonis prædictis ab eodem collegio divisa, ac separata esse voluerit, per separationem, ac dismembrationem hujusmodi, diminuta quantitate reddituum, ejusdem collegii numerum quoque adolescentium ibidem commorantium pariter minuere optavit. Novissime autem ab anno nempe MDCCLXVII ad hæc usque tempora cum dicti collegii æconomica administratio ita directa fuerit, ut ex superextantibus redditibus illius triginta et ultra loca montium Be-

Descriptio status collegii.

nedictina nuncupata, et in dicta civitate Bononiensi erecta ejus favore acquisita comperiantur, annuique propterea illius redditus in scutis nonaginta circiter aucti modo sint.

Concessio loci favore adolescentis nobilis civitatis Urbini

§. 3. Nos, attento reddituum hujusmodi incremento, majori adolescentium frequentiae prospicere, ac bono, et utilitati civitatis Nostrae Urbinatensis, quam singulari paternae charitatis affectu diligimus, consulere volentes, locum unum in collegio Montalto praedicto pro uno adolescente cive nobili Urbinatensi auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo erigimus, et istituimus; ejusdem vero adolescentis nominationem, et electionem primum ipsi Alexandro cardinali, et protectori, quoad vixerit, deinde vero civitati praedictae Urbinatensi perpetuo itidem concedimus, et indulgemus, ita tamen, ut ii, qui tempore vacationis loci praefati magistratus officium ibidem exercuerint, unum civem nobilem ipsius civitatis nominare ac eligere omnino debeant, et teneantur.

Clausulae salutare.

§. 4. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane; si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum

hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIV.

Dat. die 24. januarii 1772. Anno III.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca monasterii ordinis Praemonstratensis Lucensis in Moravia.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Gregorius Lambeck canonicus regularis ordinis Praemonstratensis, ac abbas monasterii Lucensis nuncupati ad Znoydam in Moravia Nobis nuper exponi fecit in praedicto monasterio nobilissima, et copiosissima existat bibliotheca, vereatur autem ne tractu temporis libros hinc inde asportando deperdi contingat; idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque exponentem specialis favore gratiae prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus, et functuris, et cujusvis status, gradus, et conditionis, ac praeminentiae, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta eidem bibliothecae hactenus donata, et assignata, aut in posterum donanda, et assignata, e bibliotheca hujusmodi praeterquam de ipsius exponentis, vel suorum successorum abbatum dicti monasterii pro tempore existentium, vel eorum, quibus ipse, vel ipsi potestatem eam concedendi commiserit licentia, extrahere, commodare, seu asportare permittere, ac consentire sub quovis praetextu, quaesito colore, causa, ingenio, quomodo audeant, seu praesumant sub

Ratio constitutionis, quae extractionem librorum a bibliotheca prohibet sub poena excommunicationis latae sententiae, et uni summo Pontifici reservata.

excommunicationis latæ sententiæ per contraficientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, et quoad regulares etiam privationis vocis activæ, et passivæ poenis auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdiciamus.

Derogatio contra-
torum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni, et legi possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 29.
januarii 1772.
Anno III.

GLXV.

Episcopi Vintimiliensis jurisdictio in oppidis Mentone, et Roccabruna nuncupatis reintegrari satagitur.

Dilecto filio nobili viro principi Monaeci

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili nobilis vir salutem,
et apostolicam benedictionem.

Pietas principis
Monaecensis,
illiusque in s.
Sedem reverentia
laudatur.

§. 1. **R**eddidit Nobis dilectus filius Leopoldus Mazzoni diligens tuorum negotiorum gestor literas nobilitatis tuæ erga Nos pietatis, ac observantiæ plenissimas, quæque in iis continebantur pro natalitiorum festorum opportunitate luculenta tuorum de Nobis votorum officia, eadem ille tuis verbis coram abunde cumulavit. Majorem in modum gaudemus, dilecte fili nobilis vir, uberrimis hisce tuis erga Nos animi indicibus, omniaque invicem pontificiæ charitatis in te studia conferentes Deum O. M. enixe precamur, ut qui omnem tibi veræ felicitatis cumulum optamus, Nos semper voti compotes sua benignitate reddat. Id itaque tibi verissime persuaseris, si Nos studiosissimos tui esse Nostræque paternæ benevolentiae fructus tibi semper fore paratissimos existimaveris. Nos vero jam nunc eam percipi-

mus de tua, quam Nobis ex animo defers, pietate fiduciam, ut eandem a te adhuc magis confirmatum iri ea re, quam maxime cupimus, non dubitemus.

§. 2. Proinde, dilecte fili nobilis vir, et declaramus tibi desiderium Nostrum, et tuam idcirco operam etiam atque etiam flagitamus, ut scilicet venerabilis frater Angelus Aloisius episcopus Vintimiliensis pastorem curam in antiquis suæ diocesis oppidis Mentone et Roccabruna, quæ tuæ temporalis ditionis sunt, jam ab anno MDCCLV., ut nosti, intermissam, libere, ac sine ullo impedimento exercere incipiat. Illas jampridem deesse agnoscimus causas, quæ sa. me. Benedictum XIV. prædecessorem Nostrum ad id, quod tum pro tempore egit, induxerunt; atque idcirco jam a Nostri pontificatus initio maxime Nobis cordi fuit, ut illa ecclesia in pristinum sui juris, ac ministerii statum restitueretur. Cum id a Nobis animarum, quæ consequetur utilitas vehementer postulet, atque hoc tempore facta peropportunum esse videatur, ita te certiore hujusce Nostri consilii facimus, ut valde Nobis polliceamur præsto futuram esse operam tuam, qua adjuncta perficiamus illud, quod ad æternam populorum salutem, Deique gloriam potissimum conducat.

Desiderium Pontificis exprimitur, ut episcopus suam libere exercere valeat jurisdictionem in oppidis sub diocesi Vintimiliensi comprehensis.

§. 3. Facile etiam ingredimur in hanc spem in ipsum intuentes, qui nunc est, episcopum Vintimiliensem, cujus quam æquus et moderatus sit, quamque tui studiosus animus non ignoramus. Ille præterea Nostri observantissimus, neque non accuratissime idcirco sequenturus eas, quas ipsi proposituri pro Nostra auctoritate, et commendaturi vehementer sumus, optime curandæ regendæque diocesis rationes. Cum hac re nihil sit, quod a te magis cupiamus, dilecte fili nobilis vir, nihil etiam esse potest, quo magis ipse tuam erga Nos pietatem revera comprobe, nostræque egregiæ de te charitati respondeas, ac, quod maxime interest, propitium habeas tibi, cujus ita sectatus gloriam fueris, Deum. Quamprimum igitur nunciari a te Nobis expectamus, quæ reipsa eximiam pontificio animo jucunditatem, tibi que plurimam laudem allatura sint, ac interim in Nostræ singularis erga te voluntatis argumentum apostolicam benedictionem nobilitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris

Laudes episcopi Vintimiliensis.

die vicesimanona januarii MDCCLXXII.
pontificatus Nostri anno tertio.

CLXVI.

Datum die 5.
februarii 1772.
Anno III.

Confirmantur privilegia fratrum ordina-
Cellitarum, seu Alexianorum nuncu-
patorum alias a Sixto IV., et Julio II.
concessa.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio pre-
cum, et enu-
meratio privi-
legiorum ordi-
ni tributorum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit di-
lectus filius Jodocus Verbelen frater ex-
presse professus, et minister provincia-
lis provinciæ Barbantiæ ordinis fratrum
Cellitarum, seu Alexianorum nuncupa-
torum, quod ii, qui ordinem prædi-
ctum profitentur infirmis quovis modo
etiam peste laborantibus ministrare de-
bent, fatuos, seu mentecaptos custodi-
re, furibondos refrænare, ecclesiasticas
personas correctionis causa, jubente epi-
scopo, penes se retinere, ac mortuos,
cum opus sit, sepelire tenentur; ipsi
præterea habitum religiosum gerunt, no-
vitiatus annum peragunt, et sub regula
sancti Augustini viventes tria vota pau-
peratis, castitatis, et obedientiæ sole-
mniter emittunt, ac licet clericatu in-
signiti non sint, tamen preces in suis
constitutionibus præscriptas, potissime
vero officium sanctæ Crucis recitare,
unamque saltem missam singulis diebus
audire sunt obstricti. Huic itaque ordini
non solum recolendæ memoriæ Sixtus
pp. IV. prædecessor Noster, sed etiam
felicis recordationis Julius pp. II. itidem
Noster prædecessor per alias suas sub
plumbo anno Incarnationis Dominicæ
MDVI. duodecimo kalendas julii expe-
ditas literas nonnulla privilegia, gratias,
et prærogativas concessit, ac indulsit, et
alias prout in ipsius Julii prædecessoris
litteris hujusmodi, quarum tenores præ-
sentibus pro plene, et sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum insertis
haberi volumus, uberius continetur.

Petitio porre-
cta pro confir-
matione privi-
legiorum.

§. 2. Cum autem sicut eadem ex-
positio subjungebat, quo firmiter gratiæ,
prærogativæ, ac privilegia a memoratis
Sixto, et Julio prædecessoribus, ut præ-
fertur concessa, et indulta subsistant, ac
serventur exactius, dictus exponens apo-
stolicæ quoque confirmationis Nostræ pa-
trocinio ea communiri, prædictumque
ordinem vere regularem esse per Nos de-

clarari plurimum desideret. Nobis pro-
pterea humiliter supplicari fecit, ut in
præmissis opportune providere, et ut
infra indulgere de benignitate apostolica
dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem
specialibus gratiis, et favoribus prose-
qui volentes, et a quibusvis excommu-
nicationis, et interdicti, aliisque eccle-
siasticis censuris, sententiis, et poenis
quovis modo, et quacumque de causa
latis, si quas forte incurrit, hujus tan-
tum rei gratiâ absolventes, et absolu-
tum fore censentes hujusmodi suppli-
cationibus inclinati, de venerabilium fra-
trum Nostrorum Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ cardinalium negotiis, et consulta-
tionibus episcoporum, et regularium
præpositorum, qui relationem tam ve-
nerabilis fratris Nostri Fabritii episcopi
Albanensi ejusdem Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ cardinalis Serbelloni nuncupati,
quam venerabilis fratris Thomæ Mariæ
archiepiscopi Rhodiensis in provinciis
Belgicis Nostri, et apostolicæ Sedis nun-
tiii ad eosdem cardinales transmissam at-
tenderunt, et jam provisum esse per
constitutionem, seu literas prædictas
ipsius Julii prædecessoris rescipserunt,
consilio, memoratas ejusdem Julii præ-
decessoris literas anno MDVI duodeci-
mo kalendas julii, ut præfertur, expe-
ditas, ac privilegia omnia, gratias, et
prærogativas in eis contenta, et expres-
sa, aliaque a dicto Sixto prædecessore
concessa, et indulta, dummodo sint in
usu, et sacris canonibus, apostoli-
cis constitutionibus, ac concilii Triden-
tini decretis minime adverseatur, au-
toritate Nostra apostolica tenore præ-
sentium confirmamus, et approbamus,
illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis
robur adiicimus; nec non ordinem præ-
dictum vere regularem, ac modernos,
et pro tempore existentes ipsius ordinis
professores juxta illius constitutiones vo-
ta, et professionem emittentes vere re-
ligiosos, ac in statu regulari æque ac
alios religiosos, ac regulares esse, au-
toritate, et tenore prædictis decerni-
mus, et declaramus; salva tamen sem-
per in præmissis auctoritate congrega-
tionis eorundem cardinalium.

Confirmatio
apostolica.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus li-
teras semper firmas, validas, et effica-
ces existere, et fore, suosque plenarios,
et integros effectus sortiri, et obtinere,
ac illis, ad quos spectat, et pro tem-
pore quancumque spectabit, in omni-
bus, et per omnia plenissime suffra-
gari, ac ab eis inviolabiliter observari.

Clausula salu-
tates.

§. 5. Sicque in præmissis per quos-

Clausula su-
blata, et de-

cretum irri-
tans.

cumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis prædictæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in sua robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 24.
februarii 1722.
Anno III.

CLXVII.

Confirmatur epistola secretariæ status, qua fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium conventus civitatis Veliternensis concessa fuit liberatio a jure pascendi pro rubris sexdecim.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Pro compensa-
tione damno-
rum a conven-
tu passorum in
occupatione ec-
clesiæ, et con-
ventus pro ho-
spitale milita-
ri, comunitas
indulsi remissionem juris pa-
scendi super
sexdecim ru-
bris terrarum.

§. 1. Alias felicitis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori Nostro pro parte tunc existentium guardiani, et fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Veliternensis exposito, quod gravia damna ipsi passi fuerant in eorum ecclesia, et conventu ad summam circiter scutorum mille monetæ juxta tunc

deductas probationes, et peritorum relationes ascendentes, non alia sane de causa, nisi quia a communitate dictæ civitatis ecclesia, et conventus hujusmodi pro hospitali militarium copiarum neapolitanarum destinata fuerunt. Idem Benedictus prædecessor licet petitam desuper reintegrationem, seu liberationem a damnis, sicut præfertur, passis eisdem fratribus debitam esse agnovisset, misertus tamen angustiarum, in quibus communitas prædicta versabatur, nil super hac re tunc constituit; sed deinde fratres conventus prædicti, qui æque publicas calamitates probe noscebant, unice passa damna hujusmodi compensanda esse putarunt, cum condonatione herbarum, seu juris pascendi vulgo *pascipascolo* nuncupati ad ipsam communitatem pertinentis pro rubris sexdecim terrarum, quæ in proprietate spectant ad conventum prædictum, et sita sunt in territorio ejusdem civitatis, et in contrada vulgo *Parati* nuncupata.

§. 2. Petioni hujusmodi, quæ communitati prædictæ sensim tantum officiebat, ipse Benedictus prædecessor annuendum esse duxit, ideoque per epistolam secretariæ status die xiv. julii MDCCLI. vice-gubernatori ejusdem civitatis conscriptam jussit, ac mandavit, ut idem vice-gubernator certiolem redderet magistratum dictæ civitatis, quod in compensationem, et omnimodam satisfactionem quorumcumque iurium ad fratres prædictos adversus eandem communitatem pertinentium liberanda essent prædicta rubra sexdecim terrarum ejusdem conventus a jure pascendi, seu *dell'erbaggio, e pascipascolo* vulgo nuncupato pro futuro tempore, expressa tamen adjecta conditione, ne id in exemplum pro quocumque alio, aut consimili casu transire deberet, ac alias prout in eadem epistola, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Benedict. XIV.
concessionem
adprobendam
causavit per e-
pistolam secre-
tariæ status.

§. 3. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni guardianus, et fratres memorati conventus, ipsi, quo firmius compensatio, ac satisfactio cum liberatione a jure pascendi hujusmodi ab eodem Benedicto prædecessore, ut præfertur, demandata, et præscripta, ac usque nunc executata subsistat, ac in posterum quancumque exactius servetur, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri, eandemque compensationem, satisfactionem, ac liberationem etiam quoad

Pro firmiori ob-
servantia con-
cessionis impe-
trantur literæ
apostolicæ.

ius simul pascendi, seu *compascolo* vulgo nuncupatum ad cives agricolas, seu agrorum cultores *campieri* vulgo pariter nuncupatos quomodolibet spectantem, et pertinentem eidem exponentibus suffragari debere per Nos decerni, et declarari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concedantur literæ, et inivio labilis robor prædictæ concessioni adjicitur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictas compensationem, et satisfactionem, simulque liberationem a jure pascendi herbarum, seu *pascipascolo* pro rubris sexdecim terrarum ad conventum hujusmodi in territorio, et contrata prædictis spectantium ab eodem Benedicto prædecessore per memoratam epistolam secretariæ status, ut præfertur, demandatas, atque præscriptas auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiciamus, nec non ab omnibus in posterum eas observandas semper volumus, et jubemus. Ac præterea compensationem, satisfactionem, et liberationem hujusmodi eisdem nunc, et pro tempore existentibus fratribus memorati conventus etiam quoad jus simul pascendi, seu *compascolo* nuncupatum ad cives agricolas, seu agrorum cultores prædictos quovis modo spectantem, et pertinentem suffragari debere auctoritate, et tenore similibus statuimus, et declaramus.

Apponuntur ad hoc clausule præservativæ.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Item clausula sublata, et decretum irritans

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari,

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Et omnibus in contrarium factis derogatur.

CLXVIII.

Datum die 7. Martii 1772. Anno III.

Providetur alimentis eorum, qui impares ad necessaria vitæ comparanda jure vel sanguinis, vel actionis ab aliis alendi sunt, et privilegiatum tribunal constituitur pro diremptione causarum alimenta prædicta respicientium.

CHIROGRAFO

Della santità di Nostro signore papa Clemente XIV. felicemente regnante concesso al tribunale del vicariato di Roma.

§. 1. Reverendissimo card. Colonna vicario. Nell'averci rammemorato, che Noi intenti al sollievo delle povere, e miserabili persone sin dal principio del Nostro pontificato segnasimo in data del dì 5 agosto 1769 un chirografo di Nostro moto proprio a voi stesso diretto del seguente tenore.

Alius chirographus ad rem jam datus fuerat.

§. 2. Reverendissimo card. Colonna vicario. Avendoci voi rappresentato, che frequentissimi, e quotidiani sono li rigorsi; che vi si avanzano da persone dell'uno, e dell'altro sesso, le quali costituite in estrema miseria, e

Tenor chirographi.

non potendosi da per se stesse sostenere, o perchè avanzate in età, impedita, ed oppresse da malattie, o perchè trovandosi in età pupillare non hanno ricovero di veruna sorte, e vengono discacciate da quei parenti, che per ogni diritto sarebbero in obbligo di riceverle, sostentarle, e custodirle, e perciò domandano di esser sovvenute da quelli, li quali sono de jure obbligati a ciò fare, sopra di che voi non mancate d'addoprarvi economicamente per quanto potete in loro sollievo, con far chiamare col mezzo de' vostri ministri detti parenti più prossimi, ai quali si procura di ridurre a memoria l'obbligo che hanno per ogni legge di somministrare il ricercato ajuto; ma che ciò pochissimo giovi, mentre li medesimi ricusano per lo più di addossarsi un tal carico, e di voler somministrare qualunque benchè minima cosa a dette miserabili persone, anzi per sfuggire qualunque ulteriore vessazione citano subito avanti la Segnatura, per far dichiarare che tali cause spettino al giudice civile; dal che ne nasce, che li miserabili ricorrenti non avendo comodo, nè assistenza per rispondere, e stare in giudizio rimangano in tal forma defraudati, e non possono ottenere quel tanto, che de jure dovrebbe competergli, onde credevate che dovesse porsi qualche rimedio a tal disordine, e provvedersi nello stesso tempo all' indigenza di tante genti nella forma che si credesse da Noi più giusta, ed adattata a tal bisogno.

Emus card. vicarius de urbe private cognoscit causas alimentorum.

§. 3. Noi pertanto considerando ben ragionevole la vostra istanza, e che l'affare ha veramente necessità di provvedimento; con il presente chirografo segnato di Nostra mano, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra assoluta podestà economica, che de jure possa competervi, e come vescovo, e come giudice ordinario, e quando faccia di bisogno, vi rinoviamo, e concediamo di nuovo il libero, e pieno esercizio di questa podestà in modo speciale per le cause che ci avete rappresentato, nella cognizione delle quali vogliamo, che d'ora innanzi pel sollecito bisogno delle medesime, ed in sollievo de' poveri facciate tenere il seguente metodo.

Præfinitur methodus servanda in tractatione causarum hujusmodi.

§. 4. Dovranno in primo luogo li ricorrenti far costare o con attestato del proprio parroco, o colle fedì di due testimonj la loro estrema povertà, ed in conseguenza la necessità, che hanno di essere ajutati, e contemporaneamente

te con altri consimili attestati far anche costare, che i parenti dai quali domandano l'ajuto sieno in grado, ed in stato tale, che de jure debbino, e rispettivamente possino somministrarglielo.

§. 5. Avutasi questa prova sommaria, stragiudiziale doverassi stragiudizialmente far chiamare quel tale, che si sarà conosciuto essere in obbligo di prestare il ricercato ajuto, e quando riesca di farlo con buon accordo indurlo ad un mensile assegnamento maggiore, o minore, secondo la di lui possibilità in favore del supplicante, e quando non riesca di far ciò d'accordo, tassare, e decretare la somma da doversi pagare, quale poi se il pulsato non vorrà soddisfare ordinare economicamente, senza strepito, e figura di giudizio l'esecuzione reale per la somma tassata, con mandato da spedirsi gratis.

Præmittenda est interpellatio extrajudicialis, judiciali taxationi.

§. 6. Affine poi, che tali decreti stragiudiziali, ed esecuzioni reali non debbano essere impedita, o trattenuta da citazioni, ricorsi, o appellazioni solite farsi ad altri tribunali superiori, e di Nostra assoluta podestà, vogliamo, ed ordiniamo, che non si dia ricorso, o appellazione di veruna sorte agli economici, e stragiudiziali decreti, ed esecuzioni, che si faranno in tali cause per ordine vostro, e de' vostri ministri.

Nullus recursus admittitur ad supremum Signaturæ tribunal.

§. 7. E che giudici di tali cause dobbiate esser voi, monsignor vicegerente, e monsignor vostro luogotenente civile, ed il vostro, e loro rispettivi uditori; derogando per tale effetto, e per la cognizione di tali cause a qualunque pratica, o stile, che vi sia in contrario, mentre la Nostra determinata volontà è, che si servi onninamente il prescritta metodo, volendo altresì, e decretando, che al presente Nostro chirografo, non possa opporsi vizio di orrezione, o difetto di Nostra volontà, e che segnato solamente di Nostra mano abbia il suo pieno vigore, come se fosse stato registrato in camera, non ostante la bolla della felice memoria di Pio IV. *de registrandis*, le regole della cancellaria, ed ogni altra cosa, che facesse in contrario, alle quali tutte, e singole in questo caso, ed a quest'effetto deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì cinque agosto mille settecento sessantanove.

Adjuvantur alii judices ex iis tamen solum qui partem constituent tribunalis eminentis simi card. vicarii.

Clemens PP. XIV.

Nihilominus
chirographus
exequi aliquan-
do nequibat,
attentis privile-
giis, et exem-
ptione a foro
ecclesiastico.

§. 8. Ci avete rappresentato al presente, che alcune di esse persone miserabili ignorando la disposizione di detto chirografo abbino con loro dispendio giudizialmente agito in altri tribunali contro di quelli, che de jure erano tenuti, ed obbligati a prestargli l'alimenti, o in casa, o fuori di essa, e per lo più han dovuto cedere alla lite per non poterla sostenere a cagione della loro miseria. Ed altresì ci avete rappresentato le difficoltà che spesso s'incontrano nell'esecuzione della mano regia, che sommariamente, e gratis si rilascia contro di alcuni de jure tenuti alla somministrazione degli alimenti a motivo de' lor pretesi privilegi di privativa, o esenzione dal vostro foro, o di officio di familiarità, o lettere patenti di personaggi, congregazioni, ed anche de' cardinali.

Hinc derogatur omnibus
privilegiis, et
indiscrimina-
tim omnes uni
jurisdictioni
eminentissimi
vicarii pro his-
ce causis subji-
ciuntur.

§. 9. Quindi è, che per ovviare simile disordine, e sempre più giovare a dette persone miserabili per la prouta sommaria, ed estragiudiziale somministrazione degli alimenti, confermando in primo luogo detto Nostro moto proprio come sopra trascritto, e quante volte faccia di bisogno nuovamente approvandolo, e sottoscrivendolo ora con simile Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema autorità, stabiliamo, dichiariamo, e decretiamo, che in avvenire voi, e li vostri successori pro tempore, monsignor vicegerente, monsignor vostro luogotenente civile, ed il vostro, e loro rispettivi uditori sieno i giudici privati per la cognizione sommaria di tali cause, in maniera che possiate anche avocare ex integro, come Noi avochiamo tali cause da qualsivoglia tribunale, e avanti qualsivoglia giudice benchè privilegiato, e privilegiatissimo per procedere in esso sommariamente a tenore di detto Nostro chirografo privativamente ad ogni altro giudice, e tribunale, rimosso qualunque ricorso, o appellazione, quali non dovranno in alcun modo attendersi.

Conceditur jus
procedendi
eum privilegio
manus regie in
executione
mandatorum.

§. 10. E per le mano regie, che da voi si rilasceranno a favore di tali persone miserabili per gli alimenti da darsi in casa, o fuor di casa, contro di quelli, che de jure sono tenuti, e per la somma da voi arbitrata, e tassata, vi concediamo piena, ed ampla facoltà di poter far eseguire detta mano regia, senza attendere qualunque inibizione, benchè fosse dotale, preteso privilegio, esenzione, variazione di foro, familiarità, e lettere patenti di qualsivoglia

personaggio, benchè cardinale, e trattandosi di alimenti, che *venter non patitur dilationem*, concediamo anche ampla facoltà di poter procedere, quando faccia di bisogno, al sequestro dell' annue rendite, e alle mercedi menstrue, e diurne, che conseguiranno per qualunque arte, professione, o servizio, che eserciteranno, o presteranno con rilasciarne gli opportuni mandati, e quelli fare eseguire, il tutto sommariamente, *manu regia, et gratis*, derogando per tale effetto a qualunque pratica, o stile, che vi sia in contrario, mentre Nostra determinata volontà è, che si osservi onninamente il prescritto metodo.

§. 11. Vogliamo altresì, e decretiamo, che a questo nostro chirografo non possa opporsi vizio di orrezione, o difetto di Nostra volontà, e che segnato solamente di Nostra mano abbia il suo pieno vigore, come se fosse stato registrato in camera, non ostante la bolla della fel. mem. di Pio IV. *De registrandis*, le regole della cancellaria, ed ogni altra cosa, che facesse in contrario; alle quali tutte, e singole in questo caso, ed a questo effetto deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di sette marzo mille settecento settantadue.

Derogatio con-
trarium.

CLXIX.

Dat die 30.
martii 1772.
Anno III.

Deputatio novi vicarii generalis in diocesi Vintimiliensi, qui causas civiles, criminales, et mixtas dirimat pro episcopo Vintimiliensi in oppidis subjectis laicali potestati.

Dilecto filio nobili viro Honorato principi Monacii.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili nobilis vir salutem,
et apostolicam benedictionem

§. 1. **D**upliciter confirmasti Nobis tuos erga nos devotionis sensus et per literas die xvii. februarii datas, quibus in iis, quæ maxime a tua pietate expectabamus, satisfactum Nobis esse vidimus, et per dilectum filium Leopoldum Mazzonum, qui dum eas redderet, plurima qua solet diligentia et fide summa Nobis tui amoris, atque observantiæ officia detulit, Delectati ve-

Laudes princi-
pis Honorati,
qui indulsit re-
dire ad jurisdic-
tionem episco-
pi oppida Men-
tonem, et Roc-
cambrunam.

hementer sumus ea a te Nobis præstita reipsa esse cognoscere, tantoque magis, quem singulariter diligendum suscepimus, diligendi teipsum rationes eum, quem maxime optabamus in modum Nobis cumulatam esse gaudemus. Ex quo vides, dilecte fili nobilis vir, quam jucunda Nobis acciderit animi tui significatio, quo pias justasque agnoscis pontificias curas de venerabilis fratris Angeli Aloisii episcopi Vintimiliensis jurisdictione in antiqua tuæ temporalis ditionis, suæ vero diocesis oppida Mentonem, et Roccambrunam restituenda, et quo paratissimum te ostendis, ut desiderium id Nostrum quam primum ad exitum perducatur. Luculenter sane respondisti fiduciæ de te Nostræ, ac pontificia idcirco magis magisque inflammasti erga te studia, ut tuum postulatum de constituendo in iis oppidis novo vicario generali, qui diversus a Vintimiliensi sit, Nostra auctoritate ratum efficere statim decreverimus.

Et ideo promeruit ut in dictis oppidis novus, et distinctus vicarius generalis eligeretur.

§. 2. Itaque per has ipsas in forma Brevis literas apostolica benignitate tuam petitionem prosequimur, tibi que, quemadmodum postulas, concedimus, unaque significamus, eodem hoc tempore, Nobis ita mandantibus, a dilecto filio Nostro Ferdinando Maria S.R.E. præbitero cardinali de Rubéis præfecto Nostræ congregationis Tridentini concilii interpretis perscribi ad ipsum venerabilem fratrem episcopum Vintimiliensem, ut in ea parte diocesis Vintimiliensis, quæ dominio temporali nobilitatis tuæ subest, unum vicarium in spiritualibus generalem, qui tibi, tuisque in ejusmodi dominio successoribus minime suspectus sit, constituat, atque deputet, ad hoc ut dictus vicarius generalis inibi suo nomine et auctoritate per ipsum tribuenda et impertienda quascumque causas civiles et criminales, et mixtas tuorum subditorum in temporalibus, ac ejus diocesis illic degentium, ad ejus forum ecclesiasticum quomodolibet spectantes cognoscat, definiat, expediat, sineque debito terminet; salva tamen semper, et illæsa in omnibus, et per omnia remanente ejus auctoritate, potestate, et superioritate etiam in ea parte ejus diocesis circa visitationem, et exercitium cujuscumque actus ejus spiritualis, et ecclesiasticæ jurisdictionis.

Sub poena excommunicationis prohibetur tamen vicarius, ne in gravibus negotiis procedat nisi exqui-

§. 3. Ne autem ex hujusmodi deputatione vicarii generalis per eum, sicut præmittitur, faciendæ aliquod ei, ejusque dignitati, et potestati damnum, seu præjudicium enascatur, aut exinde

sua jurisdictione eum abdicasse se, si ve expoliasset a quoquam dici, censi, vel prætendi possit, volumus, eidemque episcopo harum serie præcipitur, et mandatur, ut in deputatione ipsius vicarii generalis per eum pro tempore faciendæ eidem expresse prohibeat, ne ad ullum actum alicujus gravis, seu notabilis momenti, multoque minus ad prolationem sententiæ in criminalibus procedere audeat, seu præsumat; nisi prius de re universa, de qua agi continget, episcopum certiore reddiderit, aut plane docuerit, ejusque desuper assensum obtinuerit, idque sub excommunicationis majoris, si in sacro presbyteratus ordine minime constitutus, ac suspensionis a divinis, si presbyter fuerit, per eum ipso facto, absque alia declaratione incurrendæ poenæ, ultra remotionem ab officio vicarii generalis hujusmodi, et quamlibet aliam poenam, quam pro modo, et qualitate culpæ et transgressionis condignam in Domino judicaverit. Atque hic ipse est similis indulti tenor alias ab apostolica Sede concessi tam pro civitate Sospelli, quam pro nonnullis regni Neapolitani oppidis. Dum hæc igitur idem dilectus filius Noster ad ipsum episcopum Vintimiliensem diligenter perscribet, illud etiam accuratissime suo more præstabit quod eidem faciendum mandavimus, ut ipsum venerabilem fratrem iis prudentiæ rationibus instructum reddat, quibus inter sacerdotium, et imperium concordia, et conjunctio, quæ maxime ad divinam gloriam, ac salutem animarum faciat, constare semper, ac retineri possit.

sito. et recapito voto episcopi.

§. 4. Minime dubium Nobis esse nunc potest, dilecte fili nobilis vir, quin hic Noster in tanta re curanda, peragendaque consensus plurimas in posteram jucunditatis causas utrisque sit allaturus. Quod a Deo Opt. Max. vehementer petimus, eumque precamur, ut consilia, atque operam hanc Nostram sua ipse ope, ac præsidio consequatur, tibi que pro tuo pietatis ac religionis studio propitius in omnibus, ac benignus sit, suæque benedictionis pondus adjungat apostolicæ benedictioni, quam in uberius paternæ singularis erga te benevolentiae argumentam nobilitati tuæ peramanter impertimar. Datum Romæ die 30 martii 1772 pontificatus Nostri anno tertio.

Benevolentiae, et charitatis argumenta confirmantur.

CLXX.

Datum die 1.
Aprilis 1772,
Anno III.

Confirmatio juris deputandi viales pro
comunitate s. Archangeli diœcesis Ari-
minensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Suam erga pa-
triam charita-
tem explicat
Pontifex.

§. 1. **E**t si civitatum omnium, op-
pidorum, et locorum, quæ etiam quoad
temporalia Nobis, et apostolicæ Sedi
subdita sunt, felici, prosperoque regi-
mini, pro commisso Nobis divinitus
summæ procurationis officio sollicitis
studiis prospicere jugiter satagamus;
utilitati tamen, et commoditati civium,
et incolarum oppidi Nostri sancti Ar-
changeli Ariminensis diœcesis, in quo na-
ti sumus, propensiori paternæ charita-
tis studio consulere non prætermitimus,
atque in id apostolicæ auctoritatis par-
tes libenter interponimus, quemadmo-
dum, omnibus mature perpensis, in
Domino conspicimus expedire.

Officium via-
lium explica-
tur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper
fecerunt dilecti filii communitas, et
homines ejusdem oppidi sancti Archan-
geli, quod ipsi probe noscentes publi-
carum viarum curam quam maxime
necessariam esse, hinc in more perpetuo
habuerunt deputandi in consilio ge-
nerali dicti oppidi duos consiliarios of-
ficiales, seu viales nuncupatos, ad quos
præcipue pertinet, publicis viis præse-
se, diligenterque curare ut eadem viæ
conserventur, ac reparentur. Quocirca
in antiquissimo ejusdem oppidi statuto
libro primo rubrica XIII. præscriptum
reperitur, ut a dicto generali consilio
eligantur duo officiales super reparatio-
ne viarum, pontium, et aquarum cur-
sus curiæ, et districtus, qui solcite,
et fideliter attendere debeant, et vacare
circa reparationem viarum, pontium,
et cloacarum, ac fovearum, atque ha-
beant liberum arbitrium, et pote-
statem præcipiendi, mandandi, et
compellendi singulares personas ad fa-
cienda, quæ eis circa prædicta incu-
buerint sub pœnis contentis, et expres-
sis in eodem statuto, cujus tenor est,
qui sequitur, videlicet.

Tenor statuti
super officio
vialium.

§. 3. De officio superstium via-
rum, pontium, et cursuum aquarum,
terræ sancti Archangeli rubr. XIII. lib. 1.
Ad conservationem viarum, et pontium,
ac aquarum cursus districtus, et comi-
tatus terræ sancti Archangeli statuimus,
et ordinamus, quod in consilio generali

dictæ terræ eligantur duo officiales su-
per reparatione viarum, pontium, et
aquarum cursus curiæ, et districtus
dictæ terræ, qui solcite, et fideliter
attendere debeant, et vacare circa re-
parationem viarum, pontium, cloaca-
rum, et fovearum renovantium, ac cur-
sus aquarum in locis consuetis, et ne-
cessariis, ac etiam de novo conficien-
dorum, et aliorum laboreriorum pu-
blico utilium, et ad officium spectan-
tium, in quibus habeant dicti officiales
liberum arbitrium, potestatem, et ba-
liam præcipiendi, et mandandi, ac com-
pellendi singulares personas ad facien-
dum, quæ eis circa prædicta incubue-
rint.

§. 4. Qui officiales possint, et teneantur ex debito eorum officii quan-
documque singulares personas compelle-
re ad ea facienda, excepto tempore
hyemali, videlicet a kalendis decem-
bris usque, et per totum mensem fe-
bruarii inclusive, exceptis temporibus
recollectus grani, et vindemiarum, et
tempore guerrarum. Et teneantur di-
cti officiales singulis anni temporibus
supra non prohibitis præconizari facere
per dictam terram sancti Archangeli,
villas, et districtus dictæ curiæ notifi-
cari facere per syndicos ipsarum villa-
rum publice, quod prædicta fieri de-
beant, ut supra infra terminum decem
dierum, vel plus, vel minus arbitrio
dictorum officialium superstium in di-
cta grida, et hanno exprimentorum
sub infrascripta pœna in præsentis sta-
tuto contenta; post quem terminum
officiales prædicti teneantur ire per di-
strictum, et comitatum ad videndum
si quæ fieri debuerint, facta sint, et
pro tunc, et pro quolibet inobediente
accipere possint pro ejus inobedientia
duos bononenos, et pro quolibet ino-
bediente, et pro quolibet defectu, cu-
jus pœna sit dictorum officialium, et
notarii dividenda inter ipsos. Et nihi-
lominus iterum, et de novo præcipiant,
et præcipere debeant iis, qui contuma-
ces fuerint, ut faciant, quæ eis incu-
buerint, et in prædictis, et quolibet
prædictorum necessaria fuerint pro re-
paratione supradictorum infra alios decem
dies, post quos iterum, et de novo
officiales prædicti per districtum,
et comitatum, sive curiam vadant ad
videndum si paruerint præceptis, et
eis incumbentibus circa prædicta, a
quibus inobedientibus pro eorum inobe-
dientia, et contemptu accipere possint
a quolibet inobediente, et pro quolibet
defectu solidos duos dividendos inter

Jura officia-
lium, et mone-
ra quibus face-
re satis teneu-
tur.

ipsos officiales, ut supra dictum est pro rata. Et nihilominus prædictis inobedientibus præcipiant, quatenus infra alios decem dies prædicta executioni mandasse debuerint; post quos decem dies iterum, et de novo per curiam, comitatum, et districtum vadant, et culpabiles, ac inobedientes puniant, ut supra, et inter se dividant, ut supra dictum est; nec non omnes, et singulos inobedientes compellant de facto ad faciendum eis incumbentia super prædictis cogendo eos *realiter*, et *personaliter*, et si opus fuerit illa faciendum fieri expensis prædictorum inobedientium, et nihilominus inobedientes, qui post tertiam monitionem fuerint inobedientes in solidos decem denariorum condemnentur dividendos pro dimidio communitati terræ sancti Archangeli, et pro alio dimidio dividendos inter dictos officiales, et notarium, ut supra, de facto exigendos, et duret prædictorum superstitum, et officialium, et notarii officium per annum, et non ultra. Et ultra prædicta emolumenta nihil accipere possint ab aliqua singula persona, sub pœna quadrupli ejus, quod receperint, et privatione ejus officii.

Pœna subji-
ciuntur a pote-
state imponen-
dæ, si eorum
muneri diligen-
ter non faciunt
satis.

§. 5. Et si quis eorum negligens fuerit, vel ambo neglexerint in officio possint puniri pœna arbitrio domini potestatis imponenda, et pro qualibet vice, quæ denuciati fuerint dicto domino potestati. Et teneatur potestas dictis officialibus in prædictis circa prædicta, et quælibet prædictorum præbere auxilium, consilium, et favorem, et dare eis unum platiarium, quoties illum requisierint pro eorum officio exercendo tam in curia, quam in toto districtu, et vicariatu ejusdem sub pœna decem librarum dicto potestati tempore syndicatus auferenda. Et quando platarius curiæ haberi non possit, liceat dictis officialibus unum platiarium admittere, et accipere ad dictum effectum exercendum specialiter deputatum cum provisione, quæ eis videbitur, solvenda de bonis, et pœnis contrafacientium in prædictis, quæ in commune devenerint.

§. 6. Hujus igitur statuti vigore dicti officiales, seu viales jus habent publicandi edicta visitandi, pœnas irrogandi, privative ad quemcumque alium superiorem.

Jus habent pu-
blicandi edicta
visitandi, pœ-
nas irrogandi,
privative ad
quemcumque
alium superio-
rem.

jusmodi effectum deputati in quasi possessione perrexerunt jurisdictionis ad ipsos spectantis privative quoad gubernatorem, aliumque localem superiorem, qui invigilare tantum modo debet, ut iidem officiales, seu viales muneris sui partes diligenter impleant, et in casu recursus, seu appellationis a decretis, et facto vialium hujusmodi cumulativam obtinent jurisdictionem una cum ejusdem oppidi magistratu.

§. 7. Quamquam vero pro tempore existentes gubernatores dicti oppidi quasi possessionem hanc, qua semper communitas, et officiales, seu viales prædicti usi, et potiti fuerunt, aliquando turbari curaverint, inutiliter tamen id evenit, quippe quia tam bonæ memoriæ Franciscus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Barbarinus nuncupatus jam in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Sedis apostolicæ legatus decretum a semetipso editum in peracta visitatione ejusdem oppidi, quo ipse mandaverat, ne dicti viales, seu officiales visitare possent vias sine assistentia gubernatoris, circumscripsit, illudque nullum declaravit, ac solitum in hoc servandum esse injunxit, et alias prout in suis literis die xxiv octobris MDCXCVI ad eundem gubernatorem conscriptis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur; quam etiam dilectus filius Noster Vitalianus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Borromæus nuncupatus in eadem provincia, et exarchatu Noster, et dictæ Sedis legatus serio perpensis juribus hinc inde deductis, gubernatori prædicto injunxit, ne ipsis vialibus, seu officialibus ordinariam visitationem viarum præpediret, ac alias prout in literis ab eodem Vitaliano cardinali, et legato die ii junii MDCCLXX ad præfatum gubernatorem transmissis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Quicumque eos
turbare ausit
in possessione
juris hujusmo-
di, in officio
revocatus fuit.

§. 8. Cum autem sicut eadem exposito subjungebat, dicti exponentes vereantur, ne longa, et constans hæc consuetudo solemnibus cardinalium, et legatorum provinciæ, et exarchatus hujusmodi definitionibus confirmata demum in dubium revocari contingat; ipsi vero communitatem prædictam a quibuscumque litibus, quæstionibus, et controversiis immunem perpetuo reddere quam maxime cupiant; quocirca jus ejusdem

Preces porre-
ctæ pro confir-
matione hujus
statuti, et privi-
legii.

communitatis deputandi nempe in generali consilio officiales, seu viales prædictos, et privativam eorum jurisdictionem, nec non statuta de hujusmodi re disponentia, et longam, ac constantem consuetudinem, definitionesque a cardinalibus legatis provinciæ, et exarchatus hujusmodi, præsertim vero Barberino, et Borromæo prædictis desuper editas per Nos confirmari, et approbari, ac quatenus opus sit, denuo eidem communitati concedi jus deputandi in consilio generali dictos officiales, qui viis tam intra, quam extra oppidum hujusmodi præesse, ac omnimodam jurisdictionem privative etiam ad gubernatorem localem, obtinere debeant, et edicta in re hac publicare, viasque ipsas pro eorum libitu visitare, et quæ opportuna sint decernere, ac demandare, pœnasque irrogare possint, et valeant, ac modum quoad ecclesiasticos, sive eorum colonos servandum per Nos præscribi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica digneremur.

Amplissima confirmatio, cum suis declarationibus, et reservationibus salutaribus

§. 9. Nos igitur eandem patriam Nostram, quam nunc ut carissimam filiam complectimur, et exponentes prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsorumque exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte iucurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis primum informationibus opportunis, jus, et prærogativam dictæ communitatis oppidi sancti Archangeli pro deputatione eorundem vialium, horumque speciale, privativamque jurisdictionem auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, atque statuta desuper favorabiliter disponentia, ac potissimum præinsertam rubricam xiii libri primi, nec non peculiare leges, sive capitulationes pro vialibus anno MDCXXII editas, longamque consuetudinem, nec non definitiones Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium ejusdem provinciæ, et exarchatus legatorum, Barberini præcipue, ac Borromæi prædictorum auctoritate, et tenore prædictis approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Declarantes insuper expresse, quod ea-

dem communitas jus habeat eligendi, publico mediante consilio duos officiales, ut præfertur, viales nuncupatos ad prævidendum, seu superintendendum viis existentibus tam intra prædictum oppidum, quam in ejus territorio, quodque hi amplissima, et privativa potiantur jurisdictione in exclusionem quoque gubernatoris, alteriusve localis superioris, et valeant ideo propria, ac peculiari auctoritate publicare edicta rem, materiamque viarum concernentia, illasque visitare, nec non adversus transgressores pœnas comminari, et exequi, ac cætera demum curare, et facere consentaneæ ad plenam jurisdictionem, et adhæsive ad dispositiones statuaris, atque capitulationes pro vialibus editas, pluriesque a legitimis superioribus confirmatas, veteremque, ac longam, ut præfertur, consuetudinem, et favorabiles cardinalium legatorum, aliorumque provinciæ hujusmodi præsideatium, ac superiorum definitiones.

§. 10. Volumus autem, ac pari auctoritate decernimus, ut quatenus in visitatione viarum, omnibusque consentaneis actis præsens interveniat ecclesiasticus vel a clero, vel a vicario foraneo dicti oppidi deputatus, aut quatenus resolutiones, aut decreta vialium afficere forte possint bona, colonos, et personas ecclesiasticas, tunc hujusmodi acta, decreta, et resolutiones non aliam prorsus obtinere valeant vim, et executionem, nisi quam vicarius foraneus in prima, et episcopus respective in secunda, eademque ultima instantia formiter attribuerint, et præfiniverint. Cæterum in casu recursus, aut appellationis a decreto, et facto eorundem vialium cumlativam jurisdictionem magistratus, et gubernatoris pro tempore dicti oppidi, quoad laicos firmam remanere debere pari auctoritate, et tenore statuimus, atque sancimus.

Consultur bonis et personis ecclesiasticorum.

§. 11. Decernentes ipsas præsentis literas, et omnia in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula salutare pro plenaria observantia constitutionis.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinaris, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Eccle-

Clausula sublimis, et decretum irritans.

sive cardinales in provincia, et exarchatu prædictis pro tempore existentes a latere legatos judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari,

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus nostri anno tertio.

Derogatio contrariorum.

Datum die 8. aprilis 1772. Anno III.

CLXXI.

Prohibitio extrahendi libros a bibliotheca Perusina.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilecti filii beneficiarii nuncupati cathedralis ecclesiæ Perusinae Nobis nuper exponi fecerunt, alias quondam cognominatus Domenichini eorum, et publicæ commoditati prospicere volens, quamdam bibliothecam testamento eis reliquerit; exponentes vero prædicti, qui, (ut asserunt) de ipsius bibliothecæ augmento, et manutentione solliciti præter duas personas ad hoc specialiter deputatas, bibliothecarium quoque cum stipendio constituerunt, plurimum cupiant, ejusdem bibliothecæ conservationi, et manutentioni per Nos provideri.

Bibliotheca legata fuerat per testamentum a Domenichino in publicam commoditatem.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis auctoritate, officio, et superioritate fungens, libros, quinterna, folia, sive impressa, sive manuscripta, tam hactenus eidem bibliothecæ donata, et assignata, quam in posterum donanda, et assignanda quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colare, ingenio, causa, ratione, aut occasione e bibliotheca prædicta extrahere, et asportare, seu ut commodentur, extrahantur, et asportentur, permittere, ac consentire audeat quovis modo, vel præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ percontractantes eo ipso absque alia declaratione incurrendæ pœna, a qua nemo absolute beneficium a quoquam præterquam a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere, et quoad regulares privationis vocis activæ, et passivæ pœnis, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdiciamus.

Pro illius conservatione inploratur prohibitio extractionis, quæ tribuitur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, uni Pontifici reservata.

§. 3. Permittimus autem moderno, et pro tempore existentibus episcopis Perusinis, ut ipsi, libros, quinterna, sive folia hujusmodi e prædicta bibliotheca proprii usus gratia extrahere, et apud se per aliquot dies retinere, juxta etiam prædicti testatoris assertam dispositionem, libere, et licite valeant, dummodo tamen in libro ad hoc destinato eorum nomen, nec non diem, mensem, et annum describant, ac finito usu hujusmodi, illa in prædictam bibliothecam, reportent, in eaque repellant sub eadem excommunicatione.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut alio loco conspicuo, ut ab omnibus cerni, et legi possit, affixum assidue remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava aprilis MDCCLXXII, pontificatus Nostri anno tertio.

Soli episcopi pro tempore Perusini ab interdictione excluduntur.

Derogatio contrariorum, et lex de exemplari ad valvas bibliothecæ affigendo.

Datum die 11.
aprilis 1772.
Anno III.

CLXXII.

Facultas episcopo Assisiensi supprimendi quinque, vel sex confraternitates dictæ civitatis et applicandi eorum bona seminario ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. **S**eminariorum conservationi, et incremento pro divinitus Nobis commissi pastoralis officii munere providere cupientes, in id apostolicæ auctoritatis partes interponere non prætermittimus, prout omnibus mature perpensis, in Domino salubriter conspicimus expedire.

Refertur status seminarii Assisiensis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod seminarium civitatis Nostræ Assisiensis in eo reperiatur statu, ut ex illius redditibus vix decem adolescentes ali possint, nec propter egestatam præceptores idonei, ac ministri diligentes facile inveniuntur; illius propterea domus admodum angusta non solum reparationem, sed ampliationem quoque expostulat. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, propter exiguum beneficiorum simplicium in dicta civitate, ejusque diœcesi existentium numerum eorum bonorum applicatio seminario prædicto haud facile modo, prout exigit necessitas, fieri valeat; undecim vero numerentur societates, seu confraternitates laicorum in dicta civitate; hinc facultatem nonnullas ex dictis confraternitatibus supprimendi, illarumque bona eidem seminario assignandi per Nos tibi concedi plurimum desideres. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareremur.

Indulgetur episcopo facultas supprimendi quinque, aut sex confraternitates laicales

§. 3. Nos igitur piis tuis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quævis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis super præmissis opportunis informationibus, ut de laicalibus omnibus confraternitatibus prædictis in memorata civitate existentibus aliquas usque ad numerum quinque, aut sex pro tuo arbitrio, et

prudencia omnino suppressere, et abolere libere, ac licite possis, et valeas cum auctoritate visitoris apostolici facultatem omnem necessariam, et opportunam auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Volumus autem, ut suppressendarum, et abolendarum confraternitatum hujusmodi redditus, et proventus una cum suis sortibus seu capitalibus uno, eodemque actu applicentur, et addicantur ipsius civitatis seminario prædicto; earumdem vero confraternitatum ecclesiæ, si quæ sunt, conserventur, et exerceantur, aut in favorem alterius loci pii permutationis, seu alienationis, sive alio quocumque titulo transferrentur, et assignentur. Missas insuper, quæ in ecclesiis hujusmodi celebrandæ sint, utique in posterum celebrandas esse partim in ipsis ecclesiis in die festo sancti earum titularis, aliisque solemnibus diebus, et pro cappellaniis inibi erectis, una cum anniversariis, vel sacris officiis, seu officiaturis inibi institutis, et addictis, partim vero juxta æquam, justamque repartitionem a te peragendam in ejusdem seminarii oratorio, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, atque sancimus.

§. 5. Quoad aliâ autem onera earumdem ecclesiarum, seu confraternitatum, piisque earum consuetudines, veluti orationes, visitationes, seu processiones, facultatem eas convertendi, et commutandi in unam, seu plures missas pro tuo arbitrio, et pietate, vel in ecclesiis ipsarum confraternitatum, vel in oratorio dicti seminarii, ut præfertur, celebrandas, auctoritate, et tenore similibus tibi pariter concedimus, et indulgemus.

§. 6. Decernentes præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quorumvis testatorum, ac piorum largitorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum con-

Imponitur lex applicandi eorum bona ipsi seminario, et consulitur celebrationi missarum, aliisque legatis super ipsis bonis impositis.

Communtantur onera ecclesiarum, et confraternitatum suppressendarum.

Clausula sublitera, et decreto irritante.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

fraternitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXIII.

Confirmatio concordie inita inter communitatem Ravennæ, et quatuor abbatias ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **J**ustitiæ, ac pacis simul cultores supra universum dominicum agrum a cœlesti patre familias nullo meritorum Nostrorum suffragio divinus constituti, quæstiones, et controversiæ, inter præsertim ecclesiasticas personas, ac Nostros, et apostolicæ Sedis, etiam quoad temporalia subditos exortæ, ut matura disquisitione jus suum unicuique tribuendo, definiantur, et absolvantur, paterna sollicitudine indesinenter curare adnitimur. Quod si eas divina inspirante gratia, ac partium communi optatæ pacis, et concordie studio penitus dirimere feliciter contingat, omnia hac de re inter partes ipsas provide disposita, atque conventa apostolicæ auctoritatis nostræ patrocínio, dum id a Nobis petitur, libenti animo communitus, sicuti ad ecclesiasticarum personarum hujusmodi perennem tranquillitatem, et ad eorundem subditorum perpetuam quietem in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Bull. Rom. Tom. IV.

§. 2. Cum itaque, sicut jam pridem accepimus, a dilectis filiis communitate, et hominibus civitatis nostræ Ravennatensis propter inundationes, ac superiorum annorum penurias, et caritates, aliaque infortunia novissimis hinc temporibus passa, quæ omnia difficiliorem reddiderunt publicorum onerum solutionem, complures promotæ fuerint quæstiones, et controversiæ adversus dilectos quoque filios modernos abbates quatuor abbatiarum, Portus nempe, s. Vitalis, Classis, et s. Joannis Evangelistæ respective nuncupatarum, ejusdem civitatis, tam super eorundem onerum quantitate, qualitate, et distributione, atque præterito tempore decursorum exactione, quam super pinetis, arborumque ibidem existentium incisione, aliisque damnis, quæ eis illata asserebantur.

§. 3. Nos prædicta omnia, quemadmodum rei gravitas postulabat, disquirenda, et serio examinanda commissimus particulari congregationi ex dilecto filio nostro Andrea S. R. E. cardinali Nigrono nuncupato, ac nonnullis romanæ curiæ prælatis constitutæ. Deductis itaque ex parte prædictæ communitatis iis omnibus juribus, quæ in re hac sibi competere autumabat, in congregatione habita die ix. septembris superioris anni MDCCLXXI. suspensa tunc causæ resolutione, rescriptum fuit, ut citatis omnibus interesse habentibus, intra sex menses denuo causa hujusmodi proponenda esset.

§. 4. Verum spectata, atque eximia dilecti itidem filii nostri Vitaliani S. R. E. cardinalis Borromæi nuncupati in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Nostri, et apostolicæ Sedis de latere legati pietas, zelus, atque in rebus agendis peritia, et integritas interim effecit, ut remotis animorum dissidiis, sublatoque ulteriori magno partium dispendio, iis, quæ gravissima erat, felici pacis, et concordie exitu penitus cessaret. Propositis namque ab eodem Vitaliano cardinali et legato iis rationibus, quibus res hujusmodi amicaliter componi posset, tanta in iisdem abbatibus quatuor abbatiarum prædictarum adinventata fuit ad tuendam, fovendamque pacem voluntas, et ad inveniendam concordiam facilitas, tantus in civitatem ipsam ab oneribus sublevandam compertus eorum animus, ut pari facilitate, ac deputatorum ejusdem communitatis assensu inita desuper transactio fuerit, cujus quidem vi abbates prædicti, posthabita suorum jurium, ac

Expositio quæstionum subortarum inter abbates, et communitatem.

Rei cognitio commissa fuit congregationi specialiter deputatæ.

Legatus a latere quæstiones omnes componere satagit.

Dat. die 13.
aprilis 1772.
Anno III.

Praemium.

privilegiorum tutela, necnon deposita omni cura defensionis, qua pro certo habebant se vindicare facite posse ab omnibus sibi oppositis criminationibus, et demonstrare coram prædicta congregatione, nihil in pinetis prædictis contra formam literarum alias favore abbatiarum prædictarum a fel. rec. Sixto pp. V. prædecessore Nostro diebus xvi. aprilis, ac xvi. maii MDXC. in simili forma Brevis expeditarum a se actum, seu gestum fuisse, damnaque pinetis illata partim propter glacies, et inundationes obvenisse, partim ex magna vi procellarum ac ventorum processisse, ea, qua viros ecclesiasticos decet moderatione, ac tuendæ pacis desiderio non levem onerum partem sibi imponere potius voluerunt, eandem transactionem ineundo, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor in
transactionis.

§. 5. « Essendo che per le inondazioni, e carestie, e mortalità ed altre molte disgrazie degli ultimi anni, che aveano maggiormente difficoltà a' ravennani la soddisfazione de' pubblici gravissimi pesi, si fosse ridotto il pubblico di Ravenna a riassumere molte pretensioni, ed altre eccitarne di nuovo contro le quattro abbazie coll' intraprenderne lite formale, che ora pende in Roma avanti una sagra congregazione particolare da Nostro Signore deputata: essendo gravissime, e di molto rilievo queste pretensioni, giacchè fra le altre cose richiedeva il pubblico di Ravenna un sussidio ecclesiastico dalle quattro abbazie, richiedeva un notabile aumento d' imposizioni sopra i loro beni per il sussidio triennale, e quarto aggiunto, a norma d'una pretesa antica concordia, altro aumento per i pesi camerali, e per le scuopriture camerali, che il pubblico pretendeva venire da mancanza d'entrata della foglietta, archivio, e danno dato; e finalmente per i pesi camerali, e privilegiati imposti su' dazj, che il pubblico pretendeva esigere sulle terre, oltre una considerabile quantità d'artrati, e di altre pretensioni; ed al contrario le quattro abbazie opponevano una pretesa osservanza, che non si giustificassero sufficientemente i titoli della comunità; i privilegi delle undici congregazioni, ed anche esse pretendevano di essere state pregiudicate in diverse imposizioni, specialmente per la differenza della moneta vecchia nella corrente, e perciò pretendevano de' rimborsi, e bonifi-

ci, oltre a varie altre pretensioni: che perciò l' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Borromeo legato di Ravenna, volendo accrescere altre beneficenze alle molte già compartite alla suddetta città col procurare un amichevole accomodamento, e una perpetua, e stabile concordia fra il pubblico di Ravenna, e le suddette quattro abbazie, si è preso tutto il pensiero di persuadere le due parti a venire a questa tanto necessaria concordia, facendo lor vedere il dubbio evento delle liti, la gravità delle spese, e molti altri gravissimi pregiudizj; ed avendo ritrovato ne' deputati della città, e ne' superiori delle quattro abbazie tutta la facilità, e disposizione, dopo molti congressi, e riflessioni gli è riuscito d'effettuare questa concordia co' seguenti patti, e condizioni, la quale per maggior cautela sarà approvata dalli rispettivi deputati, dal generale consiglio, dalli capitoli de' sopradetti monasterj, e convalidata espressamente colle facultà di sua eminenza legato, e con quelle più particolari, che a questo oggetto otterrà da Nostro Signore.

CAPITOLI

Di accordo tra l' illmo pubblico di questa città di Ravenna, e le quattro rime abbazie di essa città.

I.

§. 6. « Che sieno le quattro reverendissime abbazie gravate in due terzi d'estimo dominicale della loro possessione, come tutti i laici della stessa città, di modo che tra gli uni, e le altre per questi due terzi non corra la minima differenza per le infrascritte contribuzioni, che si esigono sotto i seguenti titoli delle terre, cioè tre bajocchi, dieci denari, e due quinti per staro d'estimo sotto titolo di sussidio triennale, un bajocco, cinque denari, e due quinti sotto titolo di pesi camerali, un denaro per la paglia, e due bajocchi, e nove denari sotto titolo di supplemento allo smanco d'entrata camerale.

Onera imposita abbatibus.

II.

§. 7. « E perchè non nasca difficoltà sopra il quarto aggiunto di sopra nominato, che da' laici si paga

Modus facilioris exactionis onerum impositorum.

» per la loro tangente sopra la macina, e dagli ecclesiastici, e forastieri sopra il terratico, si conviene, che le quattro abbazie per seguitare la proporzione co' laici paghino in avvenire quella imposizione, che corre sotto nome di quarto aggiunto per la somma d'un bajocco, cinque denari, e due quinti sopra ciascheduno staro d'estimo di due terzi del loro estimo dominicale.

III.

Concessionis
correspondive
favore abbatum.

§. 8. » In corresponsività poi di tale stabilimento sopra i pesi imposti sulle terre, l' illustrissimo pubblico usando di quel riguardo, che ha sempre dimostrato alli beni ecclesiastici, non dissente d'accordare a dette quattro reverendissime abbazie per l'altro terzo di estimo di possidenza dominicale ogni, e qualunque esenzione da tutti, e singoli pesi imposti, e da imporsi, fuori che nel caso di speciale determinazione pontificia, e fuorchè dal privilegiatissimo di fuste, e contagio; al qual peso dovranno concorrere le quattro abbazie per l'avvenire sopra tutto l'intero estimo dominicale, come gli altri possidenti laici, ed ecclesiastici. Per l'aggravio del bollo estinto di cinque denari per staro d'estimo, sebbene anch'esso privilegiatissimo, nè controverso, e sempre pagato dalle quattro abbazie, si conviene a contemplazione di questa concordia, che in avvenire debbano pagarla sopra i due soli terzi del loro estimo dominicale, vale a dire, debbano godere anche di questo l'esenzione del terzo, come sopra tutti gli altri pesi imposti, e da imporsi colla riserva come sopra.

IV.

Pro expensis
necessariis ad
lites agendas
abbates in
tertia parte
eximuntur.

§. 9. » Per la colletta liti, si conviene, che per le spese, che si dovranno fare in avvenire per le liti debbansi queste levare dalle rispettive casse, che ne sentono comodo, o incomodo, riservandosi però di continuare il metodo presente per le spese, e funzioni sin ad ora seguite per le diverse liti di questo pubblico, a condizione però, che nel ripartimento che si farà nel modo, e maniera che si è praticato sino al presente, cioè sopra la lira d'estimo in generale, le quattro reverendissime abbazie debbano godere l'esenzione del terzo, come sopra degli altri pesi.

Bull. Rom. Tom. IV.

V.

§. 10. » Per l'imposizione della tassa per le spese del riattamento, e mantenimento delle strade consolari, e pubbliche, e de' ponti si conviene, che le quattro abbazie debbano in avvenire essere gravate solamente per due terzi di tutto il loro generale estimo dominicale.

Item pro expensis necessariis pro conservatione viarum

VI.

§. 11. » Quanto poi a tutti li dazj applicati al camerale, diversione de' fiumi, nuove imposizioni, o sia marabottina, canale naviglio concorrono le quattro abbazie, come tutti gli altri laici, ed ecclesiastici, quali dazj applicati alle suddette cause, secondo la tabella dell'anno 1770 sono le seguenti, cioè tutti li dazj ec.; riguardo poi agli altri dazj comunitativi risultanti dalla tabella dell'anno 1770 e che in avvenire si potessero imporre, che sono li seguenti, festa, vetri ec. questi si dovranno interamente godere dalle quattro reverendissime abbazie, come hanno sempre goduto, e che de jure devono godere.

Nulla conceditur exoneratio pro gabellis cameralibus.

VII.

§. 12. » Si accorda alle quattro reverendissime abbazie monastiche l'esenzione d'una parte del dazio del pesce intitolato: *Tre dazi della pesca, e due quattrini a libbra di pesce che si estrae*, cioè de' soli due quattrini a libbra per l'estrazione del loro pesce, giacchè per il rimanente di questo dazio, e per gli altri due dazj del pesce dovranno interamente pagarli, come gli altri, ecclesiastici, e secolari.

Immiunitur taxa super piscibus.

VIII.

§. 13. » Si dichiara, e si conviene che per i pesi imposti sopra gli affitti di case, e magazzini debbano pagare le quattro abbazie due terzi solamente di questa imposizione, a riserva dell'altra imposizione imposta sopra gli affitti di case, e magazzini per fuste, e contagio che debbano pagarla interamente.

Item alia imposita super domibus, et apothecis.

IX.

Confirmatur
exemptio a tax
a lignorum.

§. 14. » Per il dazio del legname
» si conviene, che quantunque fino al
» giorno d'oggi si sia goduto dalle quat-
» tro abbazie, ciò non ostante colla
» presente si accorda anche per patto
» alle medesime la generale esenzione di
» tutti i loro legnami che estrarranno,
» o da per loro, o per mezzo del pri-
» mo compratore, quando anche detti
» legnami fossero lavorati, oppure ri-
» dotti in carbone, purchè però sem-
» pre l'estrazione si faccia dal primo
» compratore, e purchè sia riservato il
» solito dazio del canale, e che detti
» legnami sieno levati dai proprj beni
» di dette abbazie.

X.

Pro taxis ex-
traordinariis
nulla immuni-
tas tribuitur.

§. 15. » Caso che per la diversione
» de' fiumi occorressero gravi spese, e
» fosse necessario imporre una tassa so-
» pra le terre di tutto il territorio, deb-
» bano le quattro abbazie in tal caso
» pagare la detta tassa sopra tutte le
» sue stara d'estimo come gli altri pos-
» sidenti.

XI.

Idem super ho-
nis rusticis.

§. 16. » Che l'estimo rusticale del-
» le quattro abbazie debba essere gra-
» vato di tutte le tasse, ed imposizio-
» ni, come quello degli altri ecclesia-
» stici e laici.

XII.

Consultur ca-
sui incrementi
vel diminutio-
nis aestimatio-
nis honorum.

§. 17. » Si dichiara, che tanto per
» li due terzi da gravarsi, quanto per
» l'altro terzo da rimanere esente, deb-
» basi continuare lo stesso sistema in
» caso di qualunque accrescimento, o
» diminuzione degli estimi, risultante
» però unicamente, o per nuovi boni-
» fici o per compre di nuovi fondi, o
» per partite che fossero di presente
» mancanti in catastro; per quel di più
» che venisse aumentato, dovrassi sem-
» pre regolare colla proporzione de' due
» terzi da aggravarsi, ed un terzo da
» esentarsi, e nel caso contrario d'alie-
» nazione, o deterioramento d'estimo
» per cagione di rotte, o d'altro, si
» dovranno sgravare affatto.

XIII.

Reservatio cu-
rauda inscri-
ptionis bonoꝝ

§. 18. » Si riserva l'illustrissimo
» pubblico di poter fare descrivere a

» catastro, e gravare come sopra, se vi
» sono, partite di terra delle quattro
» abbazie che non sieno descritte nel
» catastro corrente, e non comprese
» nella nota, o sia assegna data dalle
» abbazie in questa cancellaria arcive-
» scovile di Ravenna l'anno 1721 sopra
» il fruttato de' quali terreni ha già fatto
» il suo laudo l'eminentissimo Fantuz-
» zi, sopra delle quali non abbia a pro-
» moversene dall' illustrissima comunità
» più alcuna controversia, e trovandosi
» partite da accatastrarsi, queste do-
» vranno aggravarsi nel modo, e for-
» ma, come si è detto di sopra, ob-
» bligandosi però l' illustrissimo pub-
» blico di fare l' istesse diligenze sopra
» i beni posseduti dai laici per ritro-
» vare, e rinvenire se hanno beni, che
» non siano accatastrati, e caso che ne
» venissero ritrovati beni posseduti dai
» laici della natura di quelli che si pre-
» tendono accatastrarsi dagli ecclesiasti-
» ci, farli descrivere nel catastro, ed
» aggravarli, come restano aggravati
» tutti i beni degli altri laici.

XIV.

§. 19. » Che si debba, al più pre-
» sto che sarà possibile, venire alla
» confezione tanto necessaria del nuo-
» vo catastro, e che per le spese, che
» potranno occorrere per il medesimo,
» debbano le quattro abbazie concorre-
» re per tutta la loro possidenza come
» gli altri ecclesiastici, e laici, a ri-
» serva però delle pignete, staggi, val-
» li, ed altro compresi nel laudo del
» detto eminentissimo Fantuzzi, per i
» quali non intendono concorrere.

Expense pro
confectione ca-
thastri relin-
quantur ad
onus abbatum.

XV.

§. 20. » Che nel presente accordo
» non s'intendano compresi i beni della
» reverendissima abbazia di s. Vitale,
» che possiede nella bonificazione Gre-
» goriana, sopra i quali cadono altre
» ispezioni.

Declaratio
quoad bona s.
Vitalis.

XVI.

§. 21. » Che espressamente s'in-
» tendano accettati dalle quattro abba-
» zie i due laudi dell' eminentissimo
» Fantuzzi, e che le suddette abbazie
» debbano entro il termine di tre anni,
» ogni anno una rata, cominciando dal
» presente anno 1772 aver pagato in
» mano del depositario il loro debito,
» a cui nell' ultimo laudo sono condan-

Acceptatio lau-
dum ab emi-
nentissimo Fan-
tuzzi emissio-
rum.

» nate , perchè dalla comunità se ne
» possa e debba estinguere tanti debiti.

XVII.

Revocatur da-
tium imposi-
tum super car-
nibus.

§. 22. » E perchè sia tolta qualun-
» que difficoltà nell' esigenza del dazio
» della carne, ed anche per dare qual-
» che sollievo agli aggravati poveri, e
» che anch' essi possano sentir subito
» il vantaggio di questo accomodamen-
» to, si conviene, che il pubblico levi,
» ed estingua il dazio sopra la carne
» d'annua rendita di scudi 349 appli-
» cati al sagra numero, e che a questa
» spesa, finito il presente appalto, deb-
» ba contribuire l' illustrissimo pubbli-
» co con effetti della cassa comunità-
» tiva.

XVIII.

Cuique hii ro-
nunciatur.

§. 23. » Che s' intenda dalle parti
» rinunziato a qualunque pretensione
» d'arretrati per qualunque titolo po-
» tessero essersi formati, e qualunque
» altra pretensione, e pendenza di lite
» fin' ora mossa in corrispettività del
» presente accordo, e nuovo sistema da
» incominciare in questo corrente an-
» no 1772 intendendosi che qualunque
» sia l'esito della causa delle undici con-
» gregazioni colle comunità dello stato
» ecclesiastico, non si debba punto mu-
» tare il presente sistema, o sia con-
» venzione.

XIX.

Quoad pignus-
tum revocatur
ad observan-
tiam hulla Six-
ti V.

§. 24. » Rispetto alle pignete, si
» debba stare in tutto, e per tutto alle
» disposizioni della bolla Sistina, e sue
» dichiarazioni fatte fino al principio
» della pendente controversia ultima,
» lasciando ciascheduna abbazia in quel
» possesso che si trova rispetto al *ius*
» *pascendi, et lignandi*, e che le ab-
» bazie diano mano sempre più al ri-
» ristauramento delle suddette pignete,
» e a tenerne lontani tutti i pregiudizj.

XX.

Indulgetur jus
dividendi ec-
clesiasticas ab
secularibus
capsulis.

§. 25. » Volendo le suddette quattro
» reverendissime abbazie con il cle-
» ro di questa città dividere le casse,
» cioè la loro da quella de' laici, si
» accorda di poterlo fare colle neces-
» sarie però ispezioni, e cautele, che
» in tal caso dovranno farsi. Si convie-
» ne parimenti, che resti confermata,
» e nel suo vigore la visita Farsetti in

» tutto ciò, che non osta alla presente
» capitolazione.

XXI.

§. 26. Intendono però le quattro
» reverendissime abbazie, che questa
» convenzione sia a contemplazione del
» totale del presente accordo, non in-
» tendendo di far pregiudizio ai diritti
» e privilegi delle XI. congregazioni con-
» tro chiunque, i quali, fuori della
» presente convenzione coll' illustrissi-
» ma comunità di Ravenna, e della
» corrispettività di quanto *hinc inde* si
» accorda, rimangono nel totale loro
» vigore.

Reservantur
iura competen-
tia undecim
congregationi-
bus.

- » D. Marco Castelli abate di Por-
» to affermo, e mi obbligo a quan-
» to sopra mano propria.
- » D. Gio: Benedetto Bianchi ab-
» bate del monastero di s. Vita-
» le affermo, e mi obbligo a quan-
» to sopra mano propria.
- » D. Giovanni Antonio Siboni ab-
» bate di Classe affermo, e mi
» obbligo a quanto sopra mano
» propria.
- » D. Gio: Battista Guaccimanni ab-
» bate di s. Gio: Evangelista af-
» fermo, e mi obbligo a quanto
» sopra mano propria.
- » Marco Conte Fantuzzi deputato
» dall'illmo magistrato affermo, e
» mi obbligo a quanto sopra ma-
» no propria.
- » Demofonte Lovatelli deputato af-
» fermo, e mi obbligo a quanto so-
» pra mano propria.
- » Lodovico Preti Pompilj deputa-
» to affermo, e mi obbligo a
» quanto sopra mano propria.

§. 27. Nuper autem exponi Nobis
» fecerunt tam communitas, et homines
» dictæ civitatis, quam moderni abbates
» earumdem abbatiarum quod ipsi, ut
» concordia, seu transactio hujusmodi
» firmius, ac in perpetuum subsistat, et
» servetur exactius, apostolicæ confirma-
» tionis nostræ patrocinio communiri plu-
» rimum desiderant; Nobis propterea hu-
» militer supplicari fecerunt, ut sibi in
» præmissis opportune providere, et ut
» infra indulgere de benignitate apostoli-
» ca dignaremur.

Preces porre-
ctæ pro confir-
matione cou-
cordiæ.

§. 28. Nos igitur ipsius Vitaliani
» cardinalis, et legati zelum, dexterita-
» tem, pietatem, ac in pace inter partes
» hujusmodi procuranda solertiam maxi-
» me in Domino commendantes, eorum-

Confirmatur
concordia, et
suppletur cui-
que defectui.

demque abbatum quatuor abbatiarum predictarum, aliis etiam ex causis de civitate prædicta jam benemeritarum, æquitatem, docilitatem, et facilitatem, et in ea sublevanda studium, simulque eorundem deputatorum, aliorumque consiliariorum dictæ communitatis æquale pacis, et concordie, ac publicæ utilitatis desiderium plurimum collaudantes, ipsorum exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam transactionem, seu concordiam cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adjuicimus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis, et sanamus.

Declaratur transactionem, nullum inferre debere detrimentum juribus eorum, qui in transactione non fuerunt comprehensi.

§. 29. Per præsentem tamen, cum omnibus, et singulis in dicta transactione, seu concordia statutis, et expressis, nullum jus auctum, aut imminutum, nec ullum præjudicium quomodolibet illatum esse intelligimus, et declaramus omnibus aliis communitatibus status Nostri ecclesiastici, ac respective omnibus aliis monasteriis, et abbatibus XI. congregationum nuncupatarum tam in causis usque adhuc, sive coram congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. bono regimini communitatum, et civitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum, sive coram aliis iudicibus quibuscumque promotis, et pendentibus, quam in posterum quandocumque promovendis, sed eorum respective jura prædicta salva, et illæsa permanere debere statuimus, atque præscribimus.

Clausula salutares.

§. 30. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 31. Sicque in præmissis pro quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 32. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictarum abbatiarum, earumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xi. aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno tertio.

Derogatio contrariorum.

CLXXIV.

Dat. die 24. aprilis 1772. Anno III.

Erectio domus, seu conventus de Charenton ordinis Carmelitarum exalceatorum pro primæva instituti observantia.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**ia christifidelium sub suavi religionis jugo divinis obsequiis mancipatorum vota, quibus ipsi ferventius Deo inservire, et ad pristinam proprii eorum regularis instituti normam arctioris vitæ zelo ducti redire satagunt, non solum pro commissi Nobis divinitus pastoralis officii munere confovere studemus, sed etiam ubi potissimum sublimium personarum pietas, et devotio id exposcant singularibus favoribus, et gratis copiose prosequimur.

Proemium.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte nonnullorum fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum in regno Franciæ existentium Nobis expositum fuit, quod ipsi, juxta primævas regulas eorum instituti vivere omnino intendunt. Verum quia pium sane, ac nimis laudabile desiderium hujusmodi haud facile volitum effectum assequeretur, quoties dicti exponentes etiam in posterum una cum aliis ejusdem ordinis professoribus sibi ipsis a proposita hac vivendi ratione alienis, simul permanere deberent, hinc domum, seu conventum de Charenton vulgo nuncupatum ejusdem ordinis Parisiensis diœcesis, in qua, seu quo dicti primævi instituti regula perpetuo servanda sit, ad hunc effectum per Nos assignari, et constitui plurimum cupiunt, idque etiam carissimus in Christo filius Noster Ludovicus francorum rex christianissimus, ac dilectissima in Christo filia Aloisia Maria regina Galliarum principissa pro eximia, qua pollet pietate, ac salutis animarum zelo enixe desiderant.

Eractio domus
cum generali-
bus privilegiis.

§. 3. Nos igitur laudabilibus, ac regio animo vere dignis votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere, ac prædictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam domum, seu conventum de Charenton ejusdem ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum Parisiensis diœcesis, in qua, seu quo perpetuis futuris temporibus benedicente Domino, primævæ regulæ, et institutiones dicti ordinis cum antiquo rigore amplecti, exequi, ac sectari omnino debeant, auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et assignamus.

Omnibus ordi-
nis professori-
bus tribuitur
potestas ibidem
commorandi,
et vivendi ad
tramites insti-
tutionis ipsius
ordinis.

§. 4. Nec non omnibus, et singulis dicti ordinis professoribus in regno Franciæ hujusmodi existentibus, qui ad dictam domum, seu conventum, accedente consensu fratrum ejusdem domus, sive conventus, se conferre, ibique, ut ferventius Deo inserviant, juxta primitivam dicti ordinis institutum simul vivere cupiant facultatem ad illam, seu illum transeundi, itaut a nemine quavis auctoritate, et dignitate

fungente, vel functuro, professores prædicti impediri possint, et valeant, concedimus, et indulgemus.

§. 5. Iisdem vero fratribus in dicta domo, seu conventu pro tempore existentibus, jus sibi eligendi in priores, subpriores, magistròs novitiorum, aliosque officiales ex eorum gremio, quos ad id magis idoneos in Domino ipsi judicaverint, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur; eosdemque priores, subpriores, magistròs, et officiales sic, ut præfertur, ab eis electos a nullo ipsius ordinis superiore, ne eorumdem eligentium quies turbetur, et zelus perfectioris vitæ minuat, confirmandos esse volumus, ac jubemus.

Conceditur jus
eligendi prio-
res, magistròs,
aliosque officia-
les.

§. 6. Insuper potestatem fratribus prædictis in eorum domum, seu conventum hujusmodi admittendi, atque ab ea, sive eo respective ejiciendi illos novitios, quos juxta datam sibi ipsis a Domino prudentiam, admissione, et respective ejectione dignos ipsi censuerint, absque eo, quod aliorum exterorum dicti ordinis superiorum ad id assensus accedat, et sine ulla ab ipsis superioribus dependentia, concedimus pariter, et impertimur; ita ut pro tempore existentes fratres dictæ domus, seu conventus cogi ullo modo possint ad recipiendum, et admittendum eorum superiorum ullum, aut aliquem dicti ordinis professorem, sive etiam novitium, quos ipsi minime sibi convenire putaverint, ac respective neque ejusdem ordinis superiores aliquem ex fratribus prædictis in domo, seu conventu hujusmodi existentibus, sine eorumdem fratrum consensu ab ea, sive eo amovere, atque ad aliam domum, seu conventum mittere possint, et valeant; sed eandem præterea domum, seu conventum de Charenton a visitatione, et jurisdictione tam pro tempore existentis provincialis suæ provinciæ, quam capituli provincialis, immunem omnino, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, atque sancimus.

Item eligendi,
et admittendi
novitios.

§. 7. In omnibus tamen præmissis Nostram, et sanctæ Sedis, ac pro tempore existentium dicti ordinis præpositorum generalium, auctoritatem, et jurisdictionem sive per se, sive per alios a Nobis, et ab eis respective delegandos, et deputandos perfectioris vitæ hujusmodi cultores, et fautores exercendam, salvam, et illæsam esse volumus, et declaramus.

Reservatur in
omnibus sub-
missio s. Sedi.

§. 8. Decernentes eandem præsen-

Clausulæ salu-
tariæ.

tes literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectivè inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 9. Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciæ, et conventus huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta aprilis 1772., pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXV.

Datum die 29.
aprilis 1772.
Anno III.

Dismembratio oppidi Hispelli ex diocesi Spoletana, ejusque unio, et incorporatio diocesi Fulginatensi.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **S**uper specula militantis Ecclesiæ nullis Nostris suffragantibus meritis, divina dispositione constituti, vigilis more pastoris mentis Nostræ oculos circa fructuosam agri Domini culturam paterna charitate dirigimus, atque christifidelium spirituali commoditati consulere non prætermittimus, prout, rerum, et locorum qualitatibus debite pensatis, in Domino conspicimus expedire.

Præmium.

§. 2. Sane cum Nobis cognitum plane, compertumque sit, Nostrum Hispelli oppidum Spello vulgo nuncupatum Spoletanæ diocesi usque adhuc subiectum non solum satis esse dissitum a civitate Spoletana, verum etiam eo loci positum, constitutumque reperiri, ut civitatem Fulginatensem, ejusque diocesim toties prætergredi, ac veluti peragere necessarium pene sit, quoties vel visitatio sacra institui, vel quid aliud ad munus episcopale pertinens peragi in eo debeat, vel denique illius incolis episcopum suum coram adire, et alloqui necesse sit, non sine evidenti perturbatione confinium utriusque diocesis, ac episcoporum incommodo, et habitantium præsertim pauperum dispendio, spiritualique animarum detrimento: omnibus autem malis huiusmodi aptius, et uberius consuli minime possit, quam per dismembrationem dicti oppidi Hispelli, ejusque territorii a magis dissita diocesi Spoletana (cujus ecclesia nunc vacat per obitum bonæ memoriæ Vincentii Aqua ultimi illius episcopi) et incorporationem, ac unionem alteri diocesi Fulginatensi magis vicinæ, atque contemine.

Ratiõ constitutionis, et dismembrationis, ac respectivæ incorporationis oppidi » Spello » nuncupati.

§. 3. Hinc est, quod Nos pro pastoralis Nostri officii munere, spirituali illorum populorum meliori bono, et tranquillitati prospicere volentes, motu proprio, atque ex certa scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, præfatum oppidum Hispelli, Spello vulgo nuncupatum cum suo territorio, a dicta Spoletana diocesi, cui in spiritualibus subiectum est, perpetuo dismembramus, atque separamus, illudque, et eorum incolas, et habitatores cum omnibus et singulis ecclesiis, paræciis, beneficiis,

Motu proprio dismembratio præcipitur pro meliori animarum bono.

monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in memorato oppido, ejusque territorio existentibus, et commorantibus, sic dismembratum, et separatam, ac respective dismembratam, et separatam eidem diœcesi Fulginatensi similiter perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, ita ut idem oppidum, illiusque territorium cum omnibus, et singulis prædictis in posterum subiectum sit nunc, et pro tempore existenti episcopo Fulginatensi, prout hactenus subjectum fuit episcopo Spoletano.

Nullam tamen irrogatur præjudicium quoad canones, et bona.

§. 4. Per præsentem tamen dismembrationem, ac respective unionem nullum præjudicium quoad prædia, canones, et bona hujusmodi, si quæ in prædicto oppido, vel territorio sunt, mensæ episcopali spectantia illatum esse volumus, atque statuimus. Quocirca venerabili fratri episcopo Fulginatensi per præsentem committimus, et mandamus, ut ad earumdem præsentium executionem deveniat, ad quem effectum ipsi omnes facultates necessarias, et opportunas tribuimus, et impertimur.

Clausula salutaris.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem litteras, et omnia in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu etiam ex eo, quod causæ propter quas præmissa emanarunt, coram Nobis, vel alibi verificatæ, et approbatæ, ac dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis Spoletanæ, et quicumque alii in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, vocati, citati, et auditi non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus eas quodcumque aliud gratiæ, justitiæ, vel facti remedium impetrari, semperque validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque, et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis au-

Bull. Rom. Tom. IV.

toritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, ac quibusvis aliis apostolicis, et synodali- bus, provincialibusque, et generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specifica, et expressa mentio habenda foret, tenores hujusmodi pro plene, et sufficienter expressis habentes, specialiter, et expresse harum serie derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vice-sima nona aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Derogatio contrariorum.

CLXXVI.

Datum die 9. maii 1772. Anno III.

Prohibitio sub pœna excommunicationis extrahendi paramenta a cappella monasterii monialium ordinis s. Dominiici villæ de Abrantes Castri Albi diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilecta in Christo filia Aloisia, seu Ludovica Theresia de Gracia monialis expresse professa ordinis sancti Dominiici monasterii beate Mariæ virginis della Grazia nuncupati villæ de Abrantes Castri Albi diœ-

Expositio precum porrectarum pro obtinenda inhibitione extractionis.

G g 6

cesis Nobis nuper exponi fecit, ipsa, quæ (ut asserit), cappellæ sub invocatione beatæ Mariæ de Gratia sita supra chorum altum etiam nuncupatum prædicti monasterii confundatrix, et domina existit, plurimum cupiat conservationi, et mantentioni paramentorum, aliarumque suppellectilium prædictæ cappellæ per Nos provideri.

Impartitio gratiæ imploratæ,

§. 2. Nos igitur ipsam exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, vel officio fungens, vasa, calices, candelabra, et alia paramenta, et ornamenta ecclesiastica ex aureo, vel argenteo, aut alia quavis materia confecta, nec non aliam quamcumque suppellectilem sacram ad dictam cappellam nunc, et pro tempore spectandam aliis ecclesiis, vel locis piis, aut personis quibuslibet commodare, vel sub quovis quæsito colore, causa, vel ingenio e prædicta cappella extrahere, et asportare, seu, ut commodentur, aut extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire audeat quovis modo, seu præsumat, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipsa facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo a quocumque nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente absolutio-nis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica tenere præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatur omnibus in contrariis facientibus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ cappellæ, aut alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit assidue affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXVII.

Datum die 11.
mai 1772.
Anno III.

Erectio monasterii monialium Nostræ Dominæ de Pietate ordinis Prædicatorum villæ de Lepe Hispalensis diocesis a jurisdictione superioris generalis dicti ordinis, et earum subjectione ordinario Hispalensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ modernæ priorissa, et moniales monasterii Nostræ Dominæ de Pietate nuncupatæ ordinis Prædicatorum villæ de Lepe diocesis Hispalensis, quod idem monasterium erectum, constructum, ac dotatum fuit a marchionibus de Ayamonte, ea expresse adjecta lege, ac conditione, ut tam ipsi fundatores, quam eorum successores dicti monasterii juspatronatus cum facultate nominandi omnes, quæ habitum per moniales dicti ordinis gestari solitum ibidem suscipere, et professionem regularem per eas emitti consuetam expresse in eo emittere vellent, in perpetuum obtinere deberent, ac præterea statutus fuit numerus earundem monialium ad viginti-duas tantum cohibitus, cum respectiva obligatione per dictos fundatores, eorumque successores assumpta, quotannis contribuendi pro ejusdem monasterii conservatione quatuorcentum, et octo frumenti mensuras sanghe vulgo nuncupatas, ac tria millia quingenta viginti regalia de vellon monetæ illarum partium, et illius fabricam conservandi, et restaurandi. Pro tempore itaque existentes marchiones de Ayamonte semper in pacifica possessione extiterunt dicti juspatronatus, et nominandi puellas in eodem monasterio regularem habitum assumere volentes, prout reipsa, quacumque eveniente vacatione, cujuscumque loci ex dictis viginti duo monialibus, peregerunt, atque e contra annuam assignationem prædictam promptè suppeditarunt; quocirca defuncta anno MDCCLXIII. una ex dictis monialibus nempe quondam Maria de Flualba, dilectus filius nobilis vir Bonaventura Ossorio de Moscoso unus ex magnatibus Hispaniarum, ac modernus marchio de Astorga, et de Ayamonte tamquam patronus dicti monasterii in defunctæ locum nominavit dilectam in Christo filiam Emmanuelem

Vicissitudines memorantur quæ novæ monasterii erectioni causam præbuere.

Salgado, et Orbe, quam dictæ exponentes admittere renuerunt, quippe quia dilectus quoque filius modernus magister generalis dicti ordinis eisdem prohibuerat, ne cuique traderent habitum regularem absque præcedenti ipsius permissione, quam tunc concedere noluit ea ductus ratione, quod scilicet in præfato monasterio tot reperiebantur moniales professæ, ut numerum in eius fundatione præscriptum excederent. Hæc autem ratio minime arrisit eidem marchioni patrono, qui suum jus, ac possessionem nominandi dimetiebatur a lege fundationis, et a correspectivo contractu, sicut præfertur, inito, cui præjudicium inferre nequibat factum voluntarium monialium, ac pro tempore existentium provincialium dicti ordinis, a quibus admissus fuerat ad suscipiendum habitum regularem, et professionem emittendam numerus major monialium ultra præscriptum in dicta fundatione sine scientia, et consensu patronorum ipsius monasterii; qua de re suspendendam esse censuit subministrationem præfatæ annuæ correspectivæ assignationis; et quamvis eo tempore, quo memoratus magister generalis dicti ordinis in Hispaniarum regnis morabatur, de hac re componenda actum fuerit, re tamen ipsa infecta discessit; quo circa idem marchio adiit tribunal nunciaturæ apostolicæ, coram quo nomine earumdem exponentium se opposuit tunc existens provincialis dicti ordinis, atque de prohibitione ab eodem magistro generali, ut præfertur, indicta exceptit; dum vero lis hæc agebatur præfatæ exponentes ad miserum, atque deplorandum statum redactæ die xxix. junii MDCCLXVII. regularem habitum tradiderunt memoratæ Emmanuelæ, ac deinde super huiusmodi traditione miserunt authenticum monumentum ad idem tribunal nunciaturæ, a quo recte, ac legitime eam factam fuisse declaratum est, ac simul injunctum, ut suspensa lite, ac deficiente illius ratione, seu fundamento idem marchio persolveret annuam assignationem usque tunc decursam, et non solutam, pro ut re ipsa prompte peregit, atque hoc modo earumdem exponentium angustiam aliquod levamen obtinuerunt; sed, adveniente tempore, quo dicta Emmanuelæ regularem professionem emittere debebat, perplexæ magis evaserunt ipsæ exponentes, quæ ad id neque ab eodem magistro generali, neque a tunc tempore existente provinciali facultatem, ac permissionem obtinere value-

Bull. Rom. Tom. IV.

rant, ac redactæ ad extremam angustiam, miseriamque propter deficientiam integræ annuæ assignationis, quæ in causa fuit, ut proprias, ac minutas etiam res ipsæ alienaverint, eleemosynasque potere debuerint, ac ruinam quoque minante ejusdem monasterii fabrica, non sine gravissimo earum dolore, consilium ceperunt relinquendi clausuram, prout re ipsa, elevata cruce die xxix. decembris MDCCLXIX. peregerunt, et simul se ad eremum, et cappellam Nostræ Dominæ Solitudinis nuncupatæ se contulerunt, ibique implorato auxilio, et auctoritate superiorum ecclesiasticorum, ac venerabilis fratris archiepiscopi Hispalensis die xxx. ejusdem mensis publicum, et solemne instrumentum confecerunt, quo unanimi consensu se in omnibus, et per omnia subjecerunt eidem archiepiscopo, qui eas sub sua protectione interim recepit, illisque injunxit, ut ad clausuram ejusdem monasterii redire deberent, idque statim executioni demandatum fuit, ita ut ab eo tempore usque adhuc ibidem tranquille permanerent sub directione ejusdem archiepiscopi, illis omnia necessaria suppeditando memorato marchione patrono, qui præterea dicti monasterii fabricam restaurare curavit, quidquam non opponentibus dicti ordinis superioribus.

§. 2. Cum itaque dictæ exponentes in capta jam resolutione permaneant, se perpetuo subiiciendi jurisdictioni, ac directioni nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Hispalensis, hinc resolutionem huiusmodi per Nos approbari, et confirmari, easque ab jurisdictione, et directione regularium superiorum dicti ordinis eximi, ac integre, et perpetuo subiici jurisdictioni, et directioni ejusdem archiepiscopi Hispalensis, plurimum desiderent. Nos illarum preces desuper porrectas remisimus congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum cum facultatibus necessariis, et opportunis; eadem vero congregatio die xx. septembris superioris anni decretum edidit, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

§. 3. Sacra congregatio eminentissimorum, et reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præposita, referente eminentissimo Caracciolo de Santo Bonaponte, re mature perpensa, benigne

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica, et exemptione a jurisdictione superiorum regularium ordinis.

Resolutio sacre congregationis episcoporum, et regularium, quæ translationem approbandam censuit.

rescripsit, ac decrevit attenta renunciatione patris magistri generalis nomine etiam totius ordinis Prædicatorum, attentisque precibus monialium, ac patroni consensu, utendo facultatibus a Sanctissimo concessis sub die 30 julii mox præteriti, prædictas moniales a jurisdictione, et gubernio prædicti patris generalis, ejusque ordinis, ad jurisdictionem, et gubernium eminentissimi Ordinarii Hispalensis esse transferendas cum omnibus derogationibus necessariis, et opportunis. Romæ 20 septembris 1771.

C. card. Cavalchini

Loco ✠ Signi

F. A. Pattarum secretarius.

Confirmatio resolutionis antedictæ, vi cuius nova erectio fuit approbata.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, et servetur exactius, per Nos confirmari, et approbari dictæ exponentes plurimum cupiant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus presequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum decretum cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis perpetuæ firmitatis robur adiicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium.

Clausula sublitera, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apo-

stolicis, ac ordinis provinciæ, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die undecima maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXVIII.

Datum die 13. maii 1772. Anno III.

Beatificatio servi Dei Pauli Buralis de Aretio cardinalis s. Pudentianæ, episcopi Placentiæ, et archiepiscopi neapolitani.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum æquum sit, ac debitum religionis officium viros gloriosos, eos præsertim, qui pastorali munere pie, sancteque functi sunt, in Ecclesia laudari, eorumque sapientiam a populo honorari, Nos, quorum humilitatem unigenitus Dei filius, nullo licet meritum Nostrorum suffragio, Ecclesiæ suæ sanctæ præficere dignatus est, ejus bonitatis divitias cum in servi Dei Pauli Buralis de Aretio cardinalis, Placentiæ primum, deinde Neapolis antistitis, virtutibus suspicimus, admirantes, qua integritate, animique candore, qua justitia, quave humilitate, abstinencia, suique abnegatione, qua prudentia, dilectione, vigilantia, vitæque sanctitate in causarum patrocinis in foro agendis, in judiciis, regique consilarii munere sustinendo, in clericorum regularium, quos vocant Theatinos, severio-

Proemium, et laudes ven. servi Dei.

ris disciplinæ instituto profitendo, in ovibus sibi commendatis instruendis, vitæ curriculum exegerit, ut a bonorum omnium largitore Deo æternæ beatitudinis bravium accepisse non dubitemus, illius honorem, ac venerationem ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæque decus, catholicæque fidei præsidium, ac spiritualem fidelium ædificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere constituimus.

§. 2. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum processibus de apostolicæ Sedis licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus idem servus Dei Paulus Buralis de Aretio multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, prædictum servum Dei beatum declarari, cum consuetis indultis.

§. 3. Hinc est, quod Nos, piis, atque enixis venerabilium fratrum archiepiscoporum, et episcoporum, populorum, atque totius insuper antedictæ congregationis Clericorum Regularium Theatinorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictæ congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus, ut idem Dei servus Paulus Buralis de Aretio in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquæ venerationi fidelium non tamen in processionibus circumferendæ, exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die xvii. junii recitentur officium, et missa de comuni confessoris pontificis juxta rubricam breviarii, et missalis romani. Porro recitationem officii, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universa congregatione eorundem Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, in oppido Itrii, ubi natus, ac in diocesis tam Placentina, quam Neapolitana, quibus episcopus præfuit, et in civitate Aretii, unde, ut traditur, originem duxit, ab omnibus utriusque sexus Christianis tam sæcularibus, quam re-

gularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragitur confluentibus.

§. 4. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eadem literæ illuc pervenerint, incolando, in ecclesiis congregationis, oppidi, diocesium, et civitatis antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die viii. junii currentis anni MDCCLXXII. pariter celebrandi facimus potestatem.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, et impressis manu secretarii dictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti ejusdem congregationis munitis, eadem fides ab omnibus, et ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia maii, millesimo septingentesimo septuagesimo secunda, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXIX.

Datum die 13.
mai 1772.
Anno III.

Confraternitati Mortis sub invocatione sancti Antonii abbatis civitatis Senogalliensis conceditur facultas liberandi quotannis unum reum ad triremes etiam in perpetuum damnatum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**ias christifidelium confraternitates ad charitatis, pietatisque opera exercenda institutas, ut in eorundem operum charitatis, et pietatis exercitio magis confoveantur, spiritualibus favoribus, et gratiis prosequimur, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire. Exponi siquidem Nobis fecerunt

Laudes confraternitatis.

Testimonium de vitæ sanctitate, de virtutibus theologicis, et moralibus, et de miraculis.

Preces porrectæ a congregatione clericorum regularium Theatinorum, aliisque episcopis, et christifidelibus pro illius beatificatione, quam indicitur cum recitatione officii, et missæ de comuni confessorum.

dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis Mortis sub invocatione sancti Antonii abbatis civitatis Nostræ Senogalliensis, quod confraternitas prædicta ab anno MDLXXXV. archiconfraternitati sancti Joannis Decollati de urbe jamdudum aggregata reperitur, ejus vero confratres quamplurima pietatis, et charitatis opera semper exercuerunt, et modo quoque exercere pergunt; nam reis ad mortem damnatis, et in durissima tantæ necessitatis hora constitutis opitulantur, ac præsto sunt, eosque comitantur, ac in hora ipsorum mortis augustissimum Eucharistiæ sacramentum publicæ venerationi exponunt, pluresque missas celebrare faciunt, ac non solum damnatorum hujusmodi cadavera, sed etiam alia eorum, qui mersi sunt in mare, vel in agris decesserunt, ecclesiasticæ tradunt sepulturæ; præterea pauperes quoque sive in dicta civitate, sive in illius suburbiis defuncti ab eis cum luminaribus adsociantur ad ecclesiam usque, in qua sepeliendi sunt; plures insuper elemosynæ, sive in levamen domus orphanorum, et hospitalis dictæ civitatis, nec non peregrinis redeuntibus ab ecclesia sancti Jacobi de Compostella, sive honestis familiis in miseriam delapsis, aliisque pauperibus caritatis præsertim, ac penurix tempore ab eadem confraternitate suppeditantur. Pro iis insuper, qui in carceribus detenti sint dicti confratres quolibet die festo elemosynas petunt, ac quærunt per civitatem hujusmodi, eis sacramenta administrant, ac in solemnioribus anni festis diebus sacrosanctum missæ sacrificium celebrare facere curant in privato carcerum hujusmodi oratorio, quod cum modo parum conveniens sit, hinc confraternitas ipsa illud magis decens, ac ornatum reddere non prætermitet. Ut igitur hujusmodi pietatis, et charitatis eximia opera in posterum quoque alacrius dicti confratres exercere valeant, facultatem singulis annis liberandi usum reum ad triremes etiam in perpetuum damnatum per Nos sibi concedi plurimum desiderant.

Privilegium liberandi reum indulgetur, ut alacrius confratres pietatis et charitatis eximia opera exercent.

§. 2. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque

de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii magistri Paschalis Aquaviva in Urbinatensi, Eugubinensi, Pisarenensi, et reliquis civitatibus, et oppidis apostolicæ incorporationis decreto comprehensis, et ad Sedem apostolicam devolutis præsidis, eidem confraternitati Mortis sub invocatione sancti Antonii abbatis, et pro ea modernis, et pro tempore existentibus illius officialibus, et confratribus, ut ipsi donec, et quousque præmissa pietatis, et charitatis opera expleverint, perpetuis futuris temporibus, singulis annis unum reum ad pœnam triremis sive ad tempus, sive ad ejus vitam a dicto nunc, et pro tempore existente præside damnatum, ac sive in carceribus dictæ civitatis, sive in aliis carceribus alibi detentum, quem ab ipso præside petierint, et obtinuerint, habita prius pace, seu consensu partis offensæ, et sine ullo fisci præjudicio, liberare, et absolvere possint, et valeant auctoritate apostolica tenere præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictæ confraternitati in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula salutaris, et irritantes pro validiori concessionis firmitate

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio;

Derogatio contrariorum.

Datum die 16,
Maii 1772.
Anno III.

CLXXX.

Commissio nuntio apostolico Florentino super cognitione causæ executionis literarum apostolicarum commendæ monasterii sancti Januarii de Capolona Aretinæ diœcesis.

Venerabili fratri Joanni Octavio archiepiscopo Theodosiensi in civitate Florentina, ac domino dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi archiducis Austriæ Etruriæ sibi subjectæ magni ducis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Provisio rectoris facta abbatia s. Januarii per expeditas apostolicas literas.

§. 1. Cum alias monasterium abbatia nuncupatum sancti Januarii de Capolona ordinis sancti Benedicti Aretinæ diœcesis, quod quondam magister Cajetanus Forti clericus in commendam ex concessione apostolica, dum viveret, obtinebat, illius commenda per obitum dicti Cajetani, qui in Romana curia diem clauserat extremum, cessare, eo, quo ante commendam ipsam vacabat modo, tunc vacans dignosceretur. Nos eidem monasterio de gubernatore utili, ac idoneo providere volentes, dilecto filio magistro Bernardino de Vecchis cameræ Nostræ apostolicæ clerico decano monasterium prædictum, cum illis forsân annexis, ac omnibus juribus, et pertinentiis suis, per ipsum, quoad viveret, tenendum, regendum, et gubernandum, ita quod dicto Bernardino liceret, debitis, et consuetis ejusdem monasterii deductis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibusque, et proventibus disporre, et ordinare, apostolica auctoritate sub certis modo, et forma tunc expressis, commendavimus, et curam, regimen, et administrationem præfati monasterii ipsi in spiritualibus, et temporalibus plenarie commisimus, ac alias prout in Nostriis sub plumbò desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Oppositio affectu in executione literarum ex parte patronorum.

§. 2. Verum quia earundem literarum executioni sese opposuerunt dilecti quoque filii moderni marchiones de Stufa, et Corsi asserentes juspatro-

natus ejusdem monasterii, seu abbatia ad se ipsos vigore quarumdam literarum felicitis recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri spectare, et pertinere.

§. 3. Hinc est, quod Nos statum, et merita causæ, seu causarum hujusmodi pro expressis habentes, ac votis dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi archiducis Austriæ Etruriæ sibi subjectæ magni ducis annuere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostriis, deque apostolicæ potestatis plenitudine, fraternitati tuæ, de cujus fide, prudentia, integritate, dexteritate, rerum agenda- rum peritia, ac religionis zelo plurimum in Domino confidimus, causam, et causas hujusmodi una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, totoque negotio principali audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito terminandas, cum facultate tam citandi, et inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, et quando opus fuerit, quam eligendi, quatenus id a partibus colligantibus petatur, ac deputandi duos assessores eidem partibus non suspectos, atque cum omnibus aliis facultatibus necessariis, et opportunis committimus, et mandamus.

Electio iudicis privati, qui jura cognosceret patronorum, causamque definiret eum omnibus facultatibus.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas etiam ex eo, quod quicumque interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec vocati, auditi fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut alio quovis defectu notari, impugnari, et invalidari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, ac respective ab eis inviolabiliter observari.

Prohibetur ne obreptionis, vel subreptionis vitium adversus literas hujusmodi excipiantur.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et cuique iudici aliter iudicandi aufertur potestas.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollenda, ali-

Derogatur singularis in contrarium facientibus.

isque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, monasterii, seu abbatiae hujusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 5o.
mai 1772.
Anno III.

CLXXXI.

Novae constitutiones fratrum ordinis Carmelitarum provinciarum Franciae confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Ineffabili Dei bonitate in supremo apostolatus solio praesidentes inter pastoralis officii Nostri curas, illam potissime a Nobis amplectendam esse putamus, per quam christifidelium sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium felici directioni, ac gubernio consulitur, et quae in id pie, prudenterque constituta fuisse noscuntur, ut firmiora persistant, cum a Nobis petitur, apostolici muniminis praesidio roboramus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio praecum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Albertus Ximenes prior generalis ordinis beatae Mariae de Monte Carmelo, quod cum novissime in comitiis generalibus provinciarum omnium dicti ordinis in regno Franciae existentium absolutum sit opus recentiorum constitutionum, qui-

bus ea omnia, quae in antiquis illarum statutis inspecto praesenti rerum statu, mutatione, aut correctione indigere deprehensum fuerat, quaeque ratione temporum, et circumstantiarum perfectae ejusdem ordinis uniformitati minime conveniebant, ita correctae, et emendatae sunt, ut nil quidquam a regula, et instituti substantia detractum, imo vero priscum Carmeli decus restitutum, et auctum dignoscatur, hinc, ut recentiores constitutiones praedictae firmae subsistant, et serventur exactius apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communi idem exponens plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem tam venerabilis fratris Nostri Joannis Francisci episcopi Praenestini ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Stuppani nuncupati quam venerabilis itidem fratris Nostri Friderici episcopi Portuensis ipsius S. R. E. cardinalis Lanti pariter nuncupati dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris attenderunt, et dilectum quoque filium modernum ordinis hujusmodi procuratorem generalem audiverunt, consilio, recentiores constitutiones praedictas in comitiis generalibus earundem provinciarum regni Franciae proisdem provinciis, ut praefertur, editas, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus illisque perpetuae inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus.

Concessio gratias.

§. 4. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos

Clausula salutare, et irritantes.

etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXII.

Erectio episcopalis sedis Bugellensis cum dismembratione a diœcesi Vercellensi

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **P**recipua demandati Nobis pastoralis officii cura diligentiorē Nostram requirens sollicitudinē, ea profecto est qua apostolorum prædecessorumque nostrorum vestigia regentes christiano gregi providere pro necessitate, et opportunitate satagimus. Nonnullos ideo vigilum pastorum ordines quasi per gradus constitutos in variis amplissimi orbis terrarum partibus augere magnopere exoptamus, ut gregi sibi credendo propius hærentes se ipsos præbeant exemplum bonorum operum sedulo optulentur, eternæque animarum saluti,
Bull. Rom. Tom. IV.

quam facile valeant prospicere, eamque singulis impartimur potestatem, quæ ad apostolicum illis demandatum munus utiliter obeundum, et ad meliorem frugem in agro Dominico excitandam, excolendamque opportuna dignoscitur.

§. 2. Cum alias ad Nos nomine carissimi in Christo filii nostri Caroli Emanuelis Sardinie regis illustris per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis Simeonem comitem de Riverâ magnæ crucis equitem, ac perpetuum commendatarium incliti ordinis sanctorum Mauritiî, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium delatum fuerit diœcesim, quæ in spiritualibus episcopo Vercellensi paret, modo Bugellæ quoque provinciam complectentem, etiam post factam illius dismembrationem adhuc fore unam ex diœcesibus amplioribus, latiusque patentibus, quæ in regni dominiis dicti Caroli Emanuelis regis uti Pedemontii principis existunt; Vercellensis enim diœcesis præter propriam late patentem provinciam, quæ ab urbe ubi sedes episcopalis manet denominatur, ad marchionatum quoque Crepacorii, et principatum Massarani, variasque terras aliarum circumstantium provinciarum longius protenditur.

§. 3. Bugellæ vero provincia constans ex octoginta pene castris, seu comunitatibus, ultra primarium oppidum civitatem nuncupatum provincie caput nonaginta circiter millia continens habitatorum, sub nonaginta circiter parochialibus ecclesiis, qua ad septentrionem vergit sita est in sinu montium Oropa, qui vallibus inferioribus Augustæ Prætorie, et montium Andurni, et Moxi, qui valli Siccidæ diœcesis Novariensis contermini sunt, et qua ad meridiem a provincia Vercellensi circumdatur, ab oriente vero usque ad Caxapicii diœcesis Ipporegiensis vallium, et collium confinia, ac demum ab occidente ad marchionatum Crepacorii, et principatum Massarani pertingit, cumque a duobus amnibus per integram fere provinciam fluentibus, qui hyemali præsertim tempore tumentes absque gravi vitæ discrimine transitum vetant ab aliis regionibus, ac etiam a Vercellensi civitate magna ex parte segregatur, illiusque provincie solum montanum adeo sit atque asperum, ut mitiori etiam anni tempore incommoda reddat itinera, hincque incolis difficilis admodum ad Vercellæ civitatem pateat accessus, nec pastoralis Vercellensium episcoporum curæ

Descriptio diœcesis Vercellensis in regno Pedemontii.

Descriptio provincie Bugellæ in eodem regno extantis.

Dat. die 1.
junii 1772.
Anno III.

Proemium

dari frequentèr potuerit eum perlustrare, nec facile iidem valde auctam fidelium multitudinem in amplo regionum ambitu a Vercellensi civitate disito regere possent.

Civitas Bugellæ excellentia describitur.

§. 4. Hujus provinciæ princeps est Bugellæ oppidum civitas nuncupatum non minus antiquitate, quam populi solertis piique frequentia ad septem millium animarum numerum, nobiliumque familiarum copia, et ædificiis tam publicis, quam privatis plurimis eleganter constructis, aliisque multis nominibus ornatum, et commendatum. In eo resident regii administrati, et magistratus, qui civitati, et provinciæ universæ præsent, ac jura populis ibi degentibus reddunt. In eo constituta antiquitus insignis collegiata ecclesia sub titulo s. Stephani prothomartyris, quæ constat quatuor dignitatibus, nempe præpositura, thesaurariatu, majoratu, et principatu, nec non aliis septemdecim canonicis, qui capis magnis ex concessione apostolica utuntur, Deoque assidue inserviant. Idem præterea oppidum civitas, ut præfertur, nuncupatum quadraginta circiter sacris ædibus decoratur inter quas eminet templum beatæ Mariæ majoris nuncupatum in solo plano situm, et collegiata s. Stephani unitum, in quo jamdudum ipsius capitulum divina officia; aliasque functiones persolvendas frequens per annum se conferre consuevit. Parum ab ipsa abest ecclesia seminarium ecclesiasticum adhuc tamen exquisitè dotatum redditibus, et si nuperrima duodecim millium librarum largitione donatum fuisse acceperimus, et mœniis auctum. Præterea ad omnium commodum qui scientiis, et liberalibus disciplinis vacare intendunt regia munificentia gymnasium, ad egenorum levamen, et indemnitatem mons pietatis, ad pauperum ægrotantium, ad infirmorum peregrinorum, atque ad infantium expositorum confugium distincta hospitia, et nosocomia assidue patent. Demum in ea existunt plura cœnobìa diversorum ordinum regularium sanctimonialium, Cistercensium monasterium, congregationesque sæcularium, et regularium; et ad divinum cultum augendum, promovendumque plures tum virorum, tum mulierum piæ sodalitates.

Templorum amplitudo, et magnificentia commendatur.

§. 5. Eorum autem quæ oppido Bugellæ civitate, ut supra nuncupato, decora sunt splendor augetur si alia quoque subjectæ provinciæ ornamenta spectentur, quæ ad religionem fovendam maxime conducunt, quoniam in castro Saluziole præbyterorum collegium laudes Deo

quotidie persolvit, et in eo Aadurni denominato fratres ordinis s. Francisci Capucinorum nuncupatorum, ac plures sanctimoniales sub regula Cistercensium in claustro collectæ regularem observantiam præcipuo cultu providentur. Ad tria insuper templa quæ sanctuaria vocantur, unum scilicet s. Joanni præcursori ad Vallisandurnii confinium, alterum bñæ virgini Mariæ supra montes de Graglia, reliquum vero pervetustum, ac celebrius in vertice asperorum montium de Orope eidem Deiparæ dicata, ubi a quampluribus sacerdotibus opportunis præditis facultatibus divina sacramenta ministrantur, christifideles a remotissimis etiam regionibus frequenter accedunt.

§. 6. Ideo ex his Nobis significatis dicti Caroli Emanuelis regis vota eo tendere compertum habuimus, ut a diœcesi Vercellensi Bugellæ oppido civitate nuncupato, et provincia disjunctis, illud in civitatem episcopalem cum cathedrali ecclesiâ erigere, finitimaque loca in diœcesim ei tribuere dignaremur.

Regis vota comprehensa declarantur.

§. 7. Negotium itaque hoc ad juridica ut moris est conficiendi acta dilecto filio Nostro Carolo Victorio Amadæo tituli s. Praxedis S. R. E. presbytero cardinali a Laicis nuncupato, qui auditis omnibus interesse habentibus opportunum processum conficeret commisimus. Quo rite peracto una cum autographo consensuum tam venerabilis fratris Nostri Caietani Costa de Avignano episcopi Vercellensis, quam dilectorum filiorum capituli, et canonicorum majoris ecclesiæ Vercellensis ad Nos remisso, plenam totius rei relationem a dilecto pariter filio magistratu Petro Nigrone congregationis consistorialis, et venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium collegii a segretis Nobis factam excepimus, omnibusque mature perpensis in eandem demum venimus sententiam valde fore opportunum, divinique cultus incremento, et christifidelium ædificationi, et spiritali consolatiori profuturum, si eam provinciam novo proprioque pastore donaremur.

Ex processu confecto constat optime ibi episcopatum erigi posse nemine ex interesse habentibus refragante.

§. 8. Nos igitur perspectam habentes eximiam dicti Caroli Emanuelis regis pietatem, religionem, vigilemque curam, quam profitetur, ut quos rex regum ei in subditos tradit spiritalibus quoque abundant subsidiis ipsius, vobis quam libenter obsecundare studemus. Quæque prius mente statuenda prospeximus, modo de apostolicæ potestatis plenitudine exequi volentes, Bugellæ oppidum prædictum cum infrascris-

Dismembratio honorum a mensa episcopali Vercellensi operatur ipso episcopo ac rege probante.

ptis locis ab illius provincia comprehensis prout a dicto Carolo Victorio Amadæo cardinali specialiter ad hoc, ut præfertur, delegato assignata, et Nobis proposita fuere cum omnibus terminis, confinibusque præscriptis, nec non omnes omnino redditus, emolumenta, jura, census, afuctus, proventus, responsiones, proprietates, jurisdictiones, investituras, et bona omnia, quæ usque modo in provincia Bugellensi supradicta, et oppidis eiusdem infra exprimendis, ejusque finibus consistentia ad ecclesiam Vercellensem, tam videlicet ad mensam episcopalem, quam ad capitulum, et canonicos dictæ majoris ecclesiæ quomodolibet pertinentia qualiacumque, et cujuscumque generis sint cum omnibus juribus, et pertinentiis præsentium tenore ab eadem mensa episcopali, et ecclesia Vercellensi de ejusdem Caroli Emanuelis regis, dictique episcopi, nec non capituli, et canonicorum cathedralis ecclesiæ Vercellensis consensu, apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus separamus, dismembramus, segregamus, ac dividimus, atque oppidum Bugellæ civitatem nuncupatum, et loca prædicta cum terminis, ut præfertur, præscriptis a venerabilis etiam fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Mediolanensis metropolitico jure, ejus quoque speciali, et expresso ad id accedente, nobisque remisso consensu subducimus, et absolvimus.

§. 9. Loca autem quæ dictus Carolus Victorius Amadæus cardinalis præter oppidum Bugellæ civitatem nuncupatum, quod est caput provinciæ, ejusque suburbia Paviniani, et Vandurni dismembranda proposuit, et ut supra in novam diocesim sunt destinata, ut sequitur nominantur, et enumerantur.

1. Andurnum Pacciorna, et in ipsa valle = 2. Campilia cum = 3. Sancto Paulo et = 4. Quitengo = 5. = Pescaballi cum monte Asinario = 6. = Sallianum = 7. = Silva cum Riali Mori = 8. = S. Joseph Seci Serenum = 9. = Tavilianum et = 10. = Miaglianum = Item = 11 = Bena = 12. Betulium sanctæ Mariæ = 13. = Bonana = 14. Calabiana = 15. = Camandona = 16. = Cambursianum = 17. = Candelum = 18. = Carisium = 19. = Castellengum = 20. Caballiana = 21. = Carretum - 22. = Ceridonum cum Magnonevola, et Vergniasco = 23. = Clavaria = 24. = Coggiola = 25. = Pratum Coggiola = 26. Cossatum = 27. = Cefila = 28. = Donatum cum Ceresito = 29. = Dorzanum = 30. = Galianicum = 31. = Gralia = 32. Lexona = 33. = Mu-

ganum = 34. Illaxaxia = 55. = et Villanova Maxaxiæ = 56. = Mongrandum = 57. = Mortiliengum seu Casapinta = et ibidem = 58. = Crosa = 59. = Mezzana = 40. = Pistolesa = 41. = Soprana = 42. = Strona = item = 43. = Moxum sanctæ Mariæ = 44. = Vallis superior Moxi = 45. = Vallis inferior = 46. = et sanctæ Crucis Moxi = Item = 47. = Motta alciatorum = 48. = Mutianum = 49. = Nebbionum = 50. = Netrum = 51. = Pettinengum = 52. = Plattum = 53. = Pollonum = 54. = Ponderanum = 55. = Portula = 56. = Pratum Congum = 57. Quarenia = 58. = Roncum, = et 59. = Zumasia = 60. = Ropolum = 61. = Sala = 62. Salutiola cum Aro, et Vicelio = 63. = Sardinianum = 64. = S. Damianum = 65. Surdevolum = 66. = Tornengum = 67. = Tollinium = 68. = Triverium cum prato Triveni, et Bulliana = 69. = Vallansengum = 70. Valdeugum = 71. = Vallis s. Nicolai = 72. = Velium = 73. = Veronum = 74. = Vilianum = 75. Viveronum = 76. = Ucleppum superius = 77. Ucleppum inferius = 78. = Ximonum et 79. = Zublena = et hæc omnia oppida, seu communitates cum suis respective parochialibus ecclesiis, et pertinentiis quibuscumque.

§. 10. Quibus sane præmissis oppidum Bugellæ civitatem nuncupatum in civitatem episcopalem Bugellensem nuncupandam cum omnibus juribus honoribus, et prærogativis quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ, earumque cives utantur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum; dictam vero s. Mariæ majoris ecclesiam in cathedralem sub invocatione s. Stephani prothomartyris, et sanctæ Mariæ majoris nuncupandam, ac in ea sedem episcopalem pro uno episcopo Bugellensi etiam nuncupando, qui ipsi ecclesiæ, illique civitati, et diocesi Bugellensi ut infra assignandæ præsit, atque omnem episcopalem ordinariam jurisdictionem supra loca, res, personas, nec non abates inferiores, et prælatos omnia etiam, ac singula jura, officia, et munia episcopalia habere, et exercere libere, ac licite possit, et valeat cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa episcopali, ac pontificalibus insignis, nec non juribus, jurisdictionibus facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, ac mixtis quibus aliæ cathedrales ecclesiæ, earumque præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, vel ex

Bugellæ oppidum in civitatem episcopalem erigitur, cum suis privilegiis.

Enumerantur
hæc destina-
ta pro nova
diocesi.

indulto, aut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam perpetuis, futuris temporibus apostolica auctoritate harum serie erigimus, et instituimus.

Destinatio ecclesie cathedralis.

§. 11. Ad ipsam vero novam cathedralem ecclesiam in ampliori, et aptiori civitatis predictæ templo, mox erectam, prævia extinctione collegialitatis in dicta ecclesia s. Stephani, quæ tamen cathedrali ecclesiæ unita maneat, salvis favore capituli, et civitatis conditionibus, et pactis inter eos initis, quæ utpote ad majorem animarum conjunctionem, tranquillitatemque magis tuiendam conservandamque, accomodata benigne approbamus, prout etiam a dicto Carolo Emanuele rege approbata fuisse dignovimus, ejusdem ecclesiæ s. Stephani dignitates, præposituram, capitulum, ac canonicos una cum illorum vicario actualem curam animarum parochiæ annexæ perpetuo exercente, beneficiatos, ac ministros, ita quod præpositura post pontificalem major, thesaurarius secunda, maioratus tertia, ac primiceriatus quarta dignitates inibi, et canonici non amplius illius collegiæ, sed cathedralis ecclesiæ Bugellensis capitulum existant, et constituent, et apud eam chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur cum iisdem insignis, nec non omnibus, et singulis mensæ capitularis, singularumque præbendarum bonis, fructibus, redditibus, et proventus, ac emolumentis quibuscumque eidem mensæ capitulari, singulisque personis competentibus ipsarum tenore præsentium trasferimus, et traducimus.

Erectio diocesis, et ordinariæ jurisdictionis episcopi Bugellensis.

§. 12. Præterea novo episcopatu Bugellensi civitatem ipsam, et omne territorium, et loca, ut præfertur, denominata, et recensita cum præscriptis terminis, ac confinibus juxta assignationem a dicto Carolo Victorio Amadæo cardiale, et legato Nostro factam in diœcesim, in quibus sane civitate, et diœcesi novus, et pro tempore existens Bugellensis episcopus omnem ordinariam episcopalem jurisdictionem, atque illam ordinis, ut vocant, in personas tam sæculares, quam ecclesiasticas, et ad formam decretorum concilii Tridentini apostolicarumque constitutionum etiam regulares, nec non in ecclesias, monasteria, et loca pia quæcumque, prout aliis episcopis competit libere, et absolute exercere valeat, ac

exerceat, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Bugellensi, tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destituta in episcopum apostolica auctoritate præficiendæ per se, vel per alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem omnimodi juris diœcesani in dicto oppido in civitatem episcopalem erecto, ac in locis in diœcesim assignatis vigore literarum apostolicarum provisionis de sua persona in episcopum Bugellensem libere apprehendere, apprehensamque perpetuo retinere dicti episcopi Vercellensis, vel cujusvis alterius licentia maxime requisita, prout hactenus ipsi episcopo Vercellensi subjecta fuere pari auctoritate concedimus, attribuimus, et assignamus, ac respective subponimus, atque subjicimus. Eidemque episcopo Bugellensi pro tempore existenti quæcumque, et qualiacumque cura, et sine cura beneficia ecclesiastica quomodolibet nuncupata, etiam canonicatus, et præbendas, ac dignitates, non tamen post pontificalem majorem, in dicta cathedrali ecclesia in civitate, et diœcesi Bugellensi consistentia iisdem modo, et forma prout illorum collatio ad episcopum Vercellensem antea pertinebat, occurrentibus quovis modo illorum vacationibus, dummodo tamen beneficia prædicta Sedis apostolicæ dispositioni reservata, vel affecta non fuerint, personis idoneis pleno jure conferendi, et de illis providendi auctoritatem, et potestatem concedimus, et impertimur. Ipsam insuper ecclesiam Bugellensem suffraganeam venerabilis quoque fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Taurinensis, illiusque metropolitico juri subjectam fore, et esse decernimus, et statuimus.

§. 13. Quo vero ad mensæ episcopalis Bugellensis nuper erectæ dotem in cujus causam idem Carolus Emanuel rex summam annuam duodecim millium librarum monetæ illarum partium perpetuo applicandam, et impendendam fore intendit, quum ea hactenus præ temporis angustia constitui non poterit, ideo in partem perpetuo mensæ episcopalis Bugellensis dotis omnes omnino redditus, emolumenta, jura, et bona omnia in provincia Bugellensi prædicta, a Nobis ut supra dismembrata, ex quibus redditus duo millium quadringentarum librarum monetæ illarum partium annis singulis, ut accepimus, proveniunt istarum literarum Nostrarum vi

Assignatio dotis mensæ episcopalis.

perpetuo applicamus, et appropriamus.

Temporaneæ assignationes ne erectio episcopatus duntius protrahatur.

§. 14. Et ne ob dotis defectum novi episcopatus erectio protrahatur pro nunc, et donec alias ejusdem mensæ episcopalis Bugellensis redditibus, et episcopo congruæ substantiationi consultum fuerit infrascriptas temporaneas assignationes, quas ratas habemus in singulos annos, et sex menses, id est mensibus julio, et decembri paribus solutionibus persolvendas ipsi mensæ attribuimus, et impertimur: unam nimirum a dilectis similiter filiis communitatibus, ac populo totius provinciæ Bugellæ in annua summa mille librarum enunciatae monetæ, ad quam illi de prædicti Caroli Emanuelis regis consensu sese ultro obtinuerunt; et binas alias ex redditibus dictarum ecclesiarum de Graglia, et de Oropa in summa trium millium librarum similium mille videlicet, et quingentarum ex unaquaque persolvendas.

Reservatio pensionis, et ipsius collatio favore episcopi Bugellensis.

§. 15. Cumque in actu promotionis dicti Victorii Cajetani episcopi ad ecclesiam Vercellensem a Nobis factæ super mensæ episcopalis Vercellensis fructibus, redditibus, et proventibus pensionem annuam octo millium librarum ejusdem monetæ pro persona, seu personis dicto Carolo Emanueli regi gratis, et acceptis, a Nobis quancumque nominandis, ad quam persona aliqua nondum nominata fuit reservaverimus, ad hæc ut ex nunc novus futurus episcopus paribus gaudeat redditibus, quos post integram mensæ episcopalis dotationem percepturus erit per præsentibus quoque statuimus, quod interea episcopus Vercellensis prædictus summam annuam quinque millium sexcentarum librarum monetæ illarum partium detrahendam a dicta pensione annis singulis in præmissis mensibus novo futuro episcopo Bugellensi persolvere teneatur.

Præfinitur, ut temporaneas assignationes cessare debeant absoluta integra ejusdem mensæ dotatione.

§. 16. Integra tandem ejusdem mensæ dotatio postquam fuerit absoluta, tunc præmissæ temporariæ assignationes penitus extinguantur. Illarum autem cessationem infrascripto ordine sequi mandamus, nimirum quum æqualis saltem millium librarum proventus ei attributus fuerit in primis communitatum, et populi dictæ provinciæ desinat obligatio, deinde juxta alias perpetuas dotis assignationes eidem mensæ faciendas ab onere impositarum solutionum eximi debentur immediate de Graglia, et successive de Oropa ecclesiæ, ac demum mensa episcopalis Vercellensis.

Deficiente palatio episcopa-

§. 17. Et quoniam palatium men-

sæ dominio ad episcopi usum in civitate Bugellæ ubi novus episcopus, ejusque successores residere debent assignandum modo deest, Nos episcopalem residentiam in palatio conducto interim haberi permittimus admittentes obligationem a communitate, et civibus illius civitatis emissam, et a dicto Carolo Emanuele rege approbatam solvendi annis singulis ad conducendam domum, quæ episcopum deceat, libras sexcentum dictæ monetæ, donec episcopale palatium fuerit constitutum.

si permittitur temporanea conductio palatii pro episcopi residentia.

§. 18. Obligationem quoque peractam a dilecto etiam filio Josepho Groreo erogandi bismille libras ejusdem monetæ in ampliationem præbyterii, et sacrarii novæ cathedralis ecclesiæ, aliasque impensas, nec non cessionem ab administratoribus prædictæ ecclesiæ de Oropa factam relinquendi, scilicet favore seminarii cubicula, et pertinentias, quæ cum illis seminarii ædificio, compacta eadem ecclesia de Oropa possidebat, favore quoque cathedralis ecclesiæ omnia vasa sacra, aliamque suppellectilem ad eandem ecclesiam de Oropa spectantia, quæque ad functiones episcopales in nova cathedrali ecclesia peragendas necessaria erunt ipsis præsentibus approbamus.

Approbantur nonnullæ expensæ pro ampliatione præbyterii, et sacrarii ecclesiæ cathedralis, nec non nonnullas cessiones favore seminarii.

§. 19. Ad hoc autem, ut novæ cathedralis ecclesiæ decor idem sit, quem ab apostolicæ Sedis largitate aliæ promeritæ sunt cathedrales ecclesiæ, ideo futuro episcopo Bugellensi, ejusque successoribus a pro tempore existentibus dignitatibus capitulo, et canonicis, aliisque ecclesiæ, et capituli hujusmodi personis, ac ministris, ut omnibus, et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, concessionibus, facultatibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus alii aliarum ecclesiarum episcopi, ac dignitates, capitula, et canonici, aliæque civitates, et dioceses præsertim Pedemontii, eorumque res, et bona fruuntur, utuntur, potiuntur, et gaudent, seu uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterant quomodolibet in futurum uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, ac valeant etiam perpetuis futuris temporibus concedimus, et indulgemus.

Concessio privilegiorum, et immunitatum favore novi episcopi, et capituli cathedralis.

§. 20. Insuper capitulo, et canonicis, ac personis dignitates obtinentibus, ut ipsi quatenus id opportunum videatur capitulariter congregati pro dictæ ecclesiæ Bugellensis, illiusque mensæ capitularis sacristiæ, et fabricæ eorum rerum, et bonorum tam spiritualium,

Indulgetur capitulo, et canonicis potestas condendi nova statuta, et constitutiones, servatis tamen de more servandis, et ad tramites sa-

erorum cano-
rum.

quam temporalium prospero, felicique statu, gubernio, regimine, et directione, ac onerum eis incumbentium adimplemento missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, processio- num, funeralium, et anniversariorum celebratione, distributionum etiam quotidianarum, et emolumentorum quorumcumque repartitione pœnarum per absentes, ac divinis officiis, et functionibus non interessentes incurendarum impositione cœremoniis, et functionibus in nova cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, nec non ministris deputandis, et amovendis, salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, nova statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, sagrisque canonibus, ac constitutionibus, et decretis apostolicis non contraria cum approbatione tamen futuri episcopi Bugellensis, vel si de illo eadem ecclesia apostolica auctoritate nondum provisiva fuerit, tunc ab eodem Carolo Victorio Amadæo cardinale, prout infra approbanda, et confirmanda, condendi, edendi, conditaque, et edita pro temporum, ac rerum variatione mutandi, declarandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia ex integro modo præmisso condendi, et per eos ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contrafacientes statuendis observari faciendi plenam, et omnimodam facultatem, et potestatem eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impertimur.

Jus præsentan-
di episcopum
regi Pedemontano
reservatur.

§. 21. Uti vero ecclesia Vercellensis a cujus diœcesi dismembratur, et in episcopalem civitatem erigitur civitas Bugellensis ad præsentationem dicti Caroli Emanuelis regis uti principis Pedemontii, dominique illarum regionum apostolica auctoritate provideri consuevit, ita quoque prædicto Carolo Emanueli regi pro eo studio, et solitudine, quæ in christianam rempublicam, et in subditorum suorum spirituale commodum, et utilitatem semper præ se tulit, ejusque in Pedemontano principatu successoribus pro tempore existentibus jus præsentandi ad ecclesiam Bugellensem hujusmodi tam hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione, a Nobis, ut præfertur, factis, ac deinceps quoties eam pro tempore pastoris solatio quomodolibet destitui contiget, personam idoneam per

Nos, et romanum pontificem pro tempore existentem ad præsentationem hujusmodi eidem ecclesiæ Bugellensi in episcopum præficiendum apostolica similiter auctoritate perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, ac jus præsentandi hujusmodi eidem Carolo Emanueli, ac pro tempore existenti Sardinia regi ratione supradicti principatus Pedemontii, et causa præsentandi jure quod ei ad ecclesiam Vercellensem, ex simili apostolica concessione competit competere, et vere regium esse, atque uti tale sub quacumque derogatione nulloatenus comprehendi, neque illi derogari posse constituimus, atque decernimus.

§. 22. Postremo quod taxa novæ ecclesiæ cathedralis Bugellensis ad florenos auri centum septuaginta quinque in libris cameræ apostolicæ describatur. Illa vero ecclesiæ Vercellensis subductis ex ea florenis centum, et quinquaginta, deinceps ad florenos auri pares mille biscentum sexaginta sex cum duobus tertiis partibus alterius floreni similis reducta remaneat etiam statuimus, atque sancimus.

Taxa describitur in libris cameræ apostolicæ ad florenos centum septuaginta quinque.

§. 23. Præsentantes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, nec aliis contrariis dispositionibus, si quæ a Nobis fierent comprehendi, sed tamquam ad divini cultus incrementum, et populi spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas, semper ab illis excipi, validasque et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere sicque ab omnibus censi. Ita quoque per quoscunque judices ordinarios, et delegatos quovis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane similiter decernimus.

Literas a quærela obreptionis, et subreptionis eximuntur.

§. 24. Cæteram quemadmodum in hujus negotii exordio operam dicti Caroli Victorii Amadæi cardinalis exqui-

Erigitur in executorem litterarum præsentium card-

nal Amadæus
cum omnibus
facultatibus.

stitimus, ita ad ejusdem complementum de prudentia, dexteritate, aliisque eximiis animi dotibus quibus pollet summam in Domino fiduciam habentes, juxta mentem quoque dicti Caroli Emanuelis regis ipsi Carolo Victorio Amadæo cardinali injungimus, omnemque auctoritatem harum quoque literarum vi plenissime tribuimus, et impertimur, ut ipse per se vel alium, seu alias personas ab eo deputandas præsentibus Nostras literas, et in eis contenta quæcumque solemniter publicans faciat auctoritate Nostra illas integre ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, ac futurum episcopum Bugellensem, et capitulum novæ cathedralis ecclesiæ illis pacifice frui, et gaudere, non permittens ipsos vel eorum quempiam per quoscumque quavis auctoritate fungentes indelibe molestari, contradictores quoslibet per sententias, ac etiam censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo. Ita quoque pro omnimoda præsentium executione divinum servitium in nova cathedrali ecclesia, ejusque choro persolvendum statuat, et duas ex præbendis canonicalibus quas maluerit, unam videlicet in theologalem, et alteram in pœnitentiarum ad præscriptum concilii Tridentini, absque tamen injunctione oneris, primis tantum harum præbendarum possessoribus suscipiendi doctoratus gradum quatenus ei opportunum videatur, eligat ac instituat; et usquedum de novo episcopo ecclesia Bugellensis provisa non fuerit ipsum in administratorem illius ecclesiæ constituimus, ita quod agat, et gerat quidquid ad majorem Dei cultum, populique spirituale bonum ei magis expedire videbitur, et omnibus quæ in dies occurrerent opportune provideat, etiam si de iis expressa mentio facta non fuerit.

§. 25. Non obstantibus fœd. rec. Bonifacii pp. VIII. prædecessoris Nostri qua cavetur ne quis extra suam civitatem, et diœcesim nisi in certis inibi expressis, et exceptis casibus, et illis non ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede præfata deputati extra civitatem vel diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus provincialibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus,

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

et ordinationibus apostolicis, nec non nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati dismembrationes, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, et quatenus opus sit metropolitanæ Mediolanensis, et Vercellensis ecclesiarum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus ex præmissis, ac quibusvis derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet etiam pluries, et iteratis vicibus a prædecessoribus nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, nec non quatenus opus sit quibuscumque piorum testatorum voluntatibus, ac dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de iis, eorumque totis tenoribus specialis, et specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium, et singulorum validitatis effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac latissime, et plenissime scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

§. 26. Volumus autem quod eorumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo dicti Caroli Victorii Amadæi cardinalis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 27. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum separationis, dismembrationis, segregationis, divisionis, erectionis, institutionis, trans-

Sancio poenalis.

lationis, concessionis, attributionis, assignationis, subpositionis, subjectionis, auctoritatis, et potestatis, concessionis, et impartitionis, permissionis, confirmationis, approbationis, indulti, constitutionis, sanctionis, commissionis, injunctionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraires: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis dominicæ MDCCLXXII kalendis juniis pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 25.
juni 1772.
Anno IV.

CLXXXIII.

Privilegii manus regie concessio favore almæ domus Lauretanæ in exactione credituum, aliarumque præstationum.

Clemens PP. XIV.

Motu Proprio etc.

Enumerantur privilegia concessa a plurimis Pontificibus pro exactione credituum almæ domus.

§. 1. **A**vendoci rappresentato il reverendissimo cardinal Pallavicini Nostro segretario di stato, e prefetto della congregazione Lauretana, che dalla fel. mem. di Leone X. Nostro predecessore con suo Breve dato li 18. gennaio 1515. approvato coll' inserto suo tenore da Pio IV. altro Nostro predecessore li 8. gennaio 1559. con bolla, che incomincia = *Apostolicæ Sedis* =, e poscia confermato ancora da Clemente VII., Paolo III., Gregorio XIII., Clemente VIII., e Benedetto XIV., similmente Nostri predecessori fosse concessa al santuario di Loreto la facoltà di agire, e far procedere per la riscossione de' suoi crediti sommariamente, *de plano, et sola facti veritate inspecta*, e che sebbene in vigore di tal facoltà non meno, che di antichissima consuetudine abbia il detto santuario da tempo immemorabile goduto sempre pacificamente del privilegio, ed uso della mano regia contro i suoi debitori, ad ogni modo essendogli stato ultimamente da uno di essi contrastato avanti monsignore uditore della Nostra segnatura di giustizia, fosse da questi in contraddittorio giudizio canonicizzato; ma essendo il debitore ricorso al reverendissimo cardinal prefetto della medesima, dubitasse egli dell' anzidetto privilegio, onde credesse bene di rivo-

care il decreto del detto monsignor uditore, ed avendoci soggiunto il suddetto reverendissimo cardinal Pallavicini, che attesa la molteplicità de' crediti di esso santuario, li quali presentemente ascendono alla riguardevol somma di circa scudi quaranta mila, qualora non possa più liberamente far uso il medesimo del detto privilegio della mano regia, non potrà certamente esigerli senza un notabile dispendio, e ritardo, e di taluni ancora dovrà soffrirne la perdita totale.

§. 2. Quindi Noi seguendo i lodevoli esempj de' Nostri predecessori, che hanno avuto sommamente a cuore gl'interessi dello stesso santuario, nè volendo permettere, che in appresso possa più dubitarsi dell' accennato privilegio; perciò colla presente Nostra cedola di motu proprio, nella quale vogliamo si abbia per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato il tenore de' precitati Brevi, e Bolle segnate dalli mentovati, ed altri Nostri predecessori, del decreto, e decreti circa l'osservanza del medesimo emanati da monsignor uditore della segnatura, e degli altri contrarij del reverendissimo cardinal prefetto della medesima, delle ragioni in tale occasione dedotte eziandio in giudizio contraddittorio, ed ogni, e qualsisia altra cosa quantosivoglia necessaria d' esprimersi di Nostro motu proprio, certa scienza, e colla pienezza della nostra suprema podestà diamo, e concediamo in perpetuo al detto santuario di Loreto ampia, e libera facoltà, ed autorità di procedere per l'esigenza non solo delli crediti già esistenti, ma ancora in avvenire di tutte e singole qualsisiano rendite, proventi, emolumenti, e frutti, ed entrate certe, ed incerte, civili, naturali, e miste tanto livellarie, ed enfiteutiche, quanto di qualsisia altra specie, e qualità sì laicali, che ecclesiastiche per qualsisia somma, e quantità in generi, o in denaro dovute, e non meno esistenti dentro la mentovata nostra città di Loreto, e di lei territorio, che in qualsivoglia altra città, e luogo del Nostro stato pontificio eccettuata soltanto la città di Roma, manu regia more camerale contro qualsisiano debitori di esso santuario, ovunque, ritrovino di quasivoglia stato, grado, e condizione essi siano, benchè ecclesiastici, secolari, e regolari di qualunque ordine, ed istituto, luoghi pii, esenti, privilegiati, e privilegiatissimi, ancorchè per comprenderli fosse duopo farne specifica, ed espressa menzione per disposizione de' loro privilegj, o per la loro qualità, dignità, e carattere.

Confirmatio dictorum privilegiorum.

Jus relaxandi
mandatum man-
us regie prae-
suli gubernator
reservatur,
sola veritate
crediti inspe-
cta, quidquid
in contrarium
non obstat.

§. 3. Volendo perciò Noi, che somiglianti mano regia da monsignore governatore pro tempore del Nostro santuario, e città di Loreto sottoscritte, verificato bensì prima avanti il medesimo il credito, o crediti del santuario, e premessa l'intimazione da farsi a' debitori per cinque giorni avanti la rilassazione, e spedizione della mano regia, debbano eseguirsi dalli ministri di qualunque tribunale, e che da qualsivoglia governatori sì generali, che locali, luogotenenti, e giudici ecclesiastici, e laicali debba non solamente permettersene l'esecuzione nelle rispettive loro giurisdizioni, ma eziandio allorchè ne verranno richiesti, prestare a questo effetto alli procuratori, ministri, ed agenti di esso santuario tutto l'aiuto, e braccio della corte, volendo soltanto Noi, che solo sia lecito ai debitori del santuario di potere ricorrere dalle rilasciate mano regia al reverendissimo card. prefetto della congregazione Lauretana, ovvero a monsignor governatore pro tempore del Nostro santuario, e città di Loreto, ai quali soltanto sia lecita nei casi, e nelle circostanze particolari poterne far ritardare l'esecuzione per esser così mente, e volontà Nostra espressa; volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di motu proprio benchè non ammessa, nè registrata in camera, e ne' suoi libri, abbia nondimeno sempre il suo pieno effetto - vigore, ed esecuzione, e contro di essa non possa in alcun tempo opporsi di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, nè che mai sotto tali, o altri pretesti anche di jus quesito, di pregiudizio del terzo possa essere impugnata, moderata, rievocata, o ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, e definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giu-

dice, e tribunale, legati a latere, vicelegati, congregazione composta eziandio di reverendissimi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, o qualunque altro, togliendo loro, ed a ciascuno di essi ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi sia d'adesso nullo, irritato, ed invalido ciò che scientemente, o ignorantemente con qualsivoglia autorità in qualunque tempo si ordinasse, o giudicasse contro la forma, e disposizione della presente Nostra cedola di motu proprio, quale vogliamo, che vaglia, e debba sempre valere benchè non vi siano stati chiamati, sentiti, o citati il fiscale, ed il commissario generale della Nostra camera, i fiscali delle curie ecclesiastica, e laicale di Loreto, i debitori del detto santuario, e qualsivoglia persone ancorchè privilegiate, privilegiatissime, ecclesiastiche, luoghi pii, che avessero, o pretendessero avere interesse nella presente Nostra concessione, e che per comprenderle fosse bisogno di special menzione, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quesito non tollendo*, qualunque legge, statuto, e riforma, usi, e consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole, avendone qui per espresso, e di parola, in parola inserto, e registrato il tenore, e supplendo colla pienezza della Nostra podestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella prescrite Nostra cedola di motu proprio ampiamente, e nella più valida forma deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico. Quirinale questo di 23. giugno 1772.



CLEMENS XIV.

A N N O Q U A R T O



Datum die 25.
junii 1772.
Anno IV.

CLXXXIV.

Divisio, seu separatio quatuor conventuum, seu domorum ordinis minorum sancti Francisci de observantia Reformatorum provinciæ Baviaræ, eorumque erectio in novam custodiam Neoburgensem nuncupandam.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium,

§. 1. **A**postolatus officium humilitatis nostræ per abundantiam divinæ gratiæ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio concreditum salubriter exequi, adjuvante Domino jugiter sagittantes, ad ea per quæ felici, prosperoque christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatorum regimine consulitur, libenter intendimus, munerisque nostri pastorales partes propensa desuper charitate interponimus, sicut Nos locorum, personarum, et rerum qualitatibus mature perpensis, expedire in Domino arbitramur.

Expositio rationum petendarum divisionis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus custos, seu guardianus, alique fratres conventus Neoburgensis ordinis minorum sancti Francisci de observantia Reformatorum nuncupatorum, quod cum inter alios conventus ad provinciam Baviaræ nuncupatam ejusdem ordinis pertinentes, numerentur quoque conventus, seu domus Neoburgensis, Sigmaringensis, Beilngriessensis, et Ellinganensis, hinc eorundem conventuum fratres omnibus juribus, privilegiis, et prerogativis, quibus fratres aliorum conventuum ejusdem provinciæ in electione ministri provincialis, aliorumque superiorum provincialium usi, et potiti fuerant, pari quoque modo, et absque ulla pro-

sus differentia dudum jam utebantur, et fruebantur, simulque visitationi, et correctioni pro tempore existentis ministri provincialis hujusmodi subjecti manebant, itaut fratres conventuum, seu quatuor domorum prædictarum, et ipsi conventus, seu domus hujusmodi in omnibus, ac per omnia æque ac reliqui fratres, et conventus, sive domus dictæ provinciæ Baviaræ habebantur, et existimabantur. Nihilotamen minus tribus tantum circiter ab hinc annis diversimode evenit; quippe quia fratres prædictorum quatuor conventuum, sive domorum, atque ipsi conventus, seu domus a reliquis fratribus dictæ provinciæ Baviaræ ita habiti, seu respective habitæ fuerunt, perinde ac si a cæteris conventibus, et domibus dictæ provinciæ, et ab ipsamet provincia separati, sive separatæ essent, omnique insuper caruerunt canonica visitatione.

§. 3. Hac itaque de re, ut in quatuor conventibus, seu domibus prædictis pax, et tranquillitas, ac regularis observantia conservetur, et augeatur, dicti exponentes illos, seu illas per Nos a memorata provincia Baviaræ separari, ac dividi, et in novam custodiam erigi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces porrectæ pro divisione obtinenda.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujusmodi tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audito super præmissis dilecto filio Nostro Aloisio Maria S. R. E. diacono cardinali Torrigiani nuncupato ordinis minorum sancti

Indulgetur divisio, et novum custodiæ nomen imponitur.

Francisci de Observantia apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectore, provinciam Bavaricam prædictam in unam provinciam, et unam custodiam auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium dividimus, dismembramus, et in perpetuum separamus, et provinciam quidem Bavaricam, custodiam vero Neoburgensem in posterum appellandam præcipimus, ac respective erigimus, et constituimus, atque quatuor conventus, seu domos, videlicet Neoburgensem, Sigmaringensem, Beilngriessensem, et Ellingauensem a prædicta antiqua provincia Bavaricæ divisos, et separatos novæ custodiæ Neoburgensi, ut præfertur, per Nos erectæ unimus, et incorporamus, cum omnibus, et singulis privilegiis, prerogativis, et honoribus, quibus aliæ custodiæ ejusdem ordinis, atque ipsa provincia Bavarica de jure, et consuetudine gaudere solent, et eodem prorsus modo, absque ulla penitus differentia, et sub eisdem legibus, et constitutionibus, ita ut custodia Neoburgensis a provincia Bavarica, ejusque superioribus omnino independentens, et exempta intelligatur, atque suum custodem provincialem, et quatuor definitores uti cæteræ custodiæ ejusdem ordinis independentes habent, ipsa quoque habere, et ab eis gubernari in posterum omnino debeat.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, ir-

Bull. Rom. Tom. IV.

ritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta iunii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXV.

Dat. die 30.
juni 1772.
Anno IV.

Concessio indulgentiæ plenariæ ad septennium ab eis assequendæ, qui dominica immediate sequenti festum sanctæ Franciscæ viduæ visitaverint aliquam ex ecclesiis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis montis Oliveti.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentem literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **A**d augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis montis Oliveti ubicumque existentibus dominica immediate sequenti festum sanctæ Franciscæ viduæ a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut spon-

Designatio munerum præstan-
dorum pro consecutione indulgentiarum.

Prohibitione quid alicui detur pro impetratione constitutionis, et licet habenda tra usumptis

Divisionem, et novam constitutionem continuo servandam esse præcipitur.

Cuique aliter iudicandi adin-
tuitur facultas.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

te oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xxx. junii MDCCLXXII, pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXVI.

Datum die 30.
junii 1772.
Anno IV.

Prohibitio sub pœna excommunicationis ne summa trium millium ducatorum a regina Portugalliæ assignata, ut lampades diu, noctuque ante aram beatæ Mariæ virginis accensæ detineri debeant, in alios usus distrahantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur assignatio facta a Portugalliæ regina trium millium ducatorum, et usus destinatus redditum pro servandis luminibus in honorem B. M. Virginis in ecclesia de Siuramento nuncupata.

§. 1. **Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Pereira frater expresse professus ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, ac minister conventus sub titulo beatæ Mariæ virginis immaculatæ de Siuramento vulgo nuncupatæ civitatis Lisbonensis, quod cum carissima in Christo filia Nostra Maria Anna Victoria Portugalliæ, et Algabiorum regina fidelissima pro sua eximia, qua pollet pietate, et singulari erga cælorum reginam devotione, summam trium millium ducatorum aureorum contulerit, ut ex eorum redditibus annuis, comparato oleo, lampades diu, noctuque ante ipsius Deiparæ imaginem semper accensæ retineri debeant; hinc dictus exponens ut piissima, ac vere laudabilis ejusdem Mariæ Annæ Victoriæ reginæ voluntas perpetuum suum assequatur effectum, quamcumque consumptionem, et distributionem dictæ summæ, seu fundi in alios usus per Nos prohibitum declarari plurimum desiderat,**

Preces portæ pro obtinenda prohibitionis distrahendi redditus in alios usus, quæ tribuitur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et uni summo Pontifici reservatæ

§. 2. **Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-**

suris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus et functuris, ac cujusvis status, gradus, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore dictam summam, seu fundum in alios usus distribuere, atque consumere, vel, ut distribuatur, seu consumatur permittere, aut consentire sub quovis quæsito colore, prætextu, causa, vel ingenio audeat, seu quovis modo præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, et quoad regulares etiam ejusdem conventus ministros privationis officii, ac vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus absolutio- nis beneficium valeat obtinere, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

§. 3. **Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis prohibitionis exemplum in aliquo ejusdem conventus conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxx. junii MDCCLXXII, pontificatus Nostri anno quarto.**

Derogatio contrariorum, et præceptum de servando exempli constitutionis in conspectu suo loco conventus.

CLXXXVII.

Datum die 3.
julii 1772.
Anno IV.

Concessio indulgentiæ plenariæ quolibet mense assequendæ ab eis, qui designatas ecclesias clericorum regularium congregationis Theatinorum visitaverint.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem celestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti: omnibus, et singulis utriusque**

Quid sit præstandum pro consecutione indulgentiarum constituitur.

sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui expositioni sanctissimi eucharistiæ sacramenti de licentia Ordinariorum respective locorum, in qualibet ex ecclesiis clericorum regularium congregationis Theatinorum nuncupatorum ubicumque existentibus in uno die cujlibet hebdomadæ per eosdem ordinarios designando facienda per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in mense per unumquemque christifidelem ad sui libitum eligendo lucrificandam, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem christifidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, prædictæ expositioni in reliquis diebus hujusmodi, ut supra, in dictis ecclesiis faciendæ interessentibus, et ibidem orantibus, quo die id egerint, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 2. Quas omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, et animabus christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. In contrarium faciendibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum validis.

§. 3. Volumus autem, ut si pro impetratione præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die iii. iulii MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

Indulgetur ut valeant applicari indulgentiæ etiam pro defunctis.

Prohibetur omnis oblatio pro consecutione, et publicatione constitutionis, et literarum transumptis fides adhibenda præcipitur.

CLXXXVIII.

Novæ constitutiones fratrum congregationis Galliarum ordinis eremitarum S. Augustini confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exigit injunctæ Nobis cælitus apostolicæ servitutis ratio, ut paternam religiosorum virorum Altissimi obsequiis sub suavi regularis vitæ jugo mancipatorum curam gerentes illa, quæ pro felici, prosperoque eorum regimine, et gubernio prudenter, ac salubriter constituta esse noscuntur, apostolici muniminis præsidio robaremus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis congregationis Galliarum ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini Reformatorum nuncupatorum, quod pro meliori ejusdem congregationis regimine novæ ejus constitutiones nuperrime conditæ fuerunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmiter novæ constitutiones hujusmodi subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communi dictas exponens plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem venerabilis fratris nostri episcopi Albanensis S. R. E. cardinalis Serbelloni nuncupati attenderunt, consilio, novas constitutiones prædictas nuperrime, ut præfertur, editas, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et in-

Datum die 4^a
juli 1772.
Anno IV.

Proemium.

Expositio præcum in quibus exponitur constitutiones conditas fuisse, et apostolicam expectare pro earum firmitate confirmationem.

Conceditur gratia juxta preces.

Clausulæ salutaris.

tegros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolice auditoris iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis et congregationis huiusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 4. julii 1772. Anno IV.

CLXXXIX.

Confirmatio decretorum pro fratribus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum provincie Subalpinæ in visitatione dictæ provincie editorum a reverendo archiepiscopo Thaurinensi visitatore apostolico.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In vinea Domini cultores a supremo patrefamilias divinitus constituti, officii nostri patres esse intelligimus, ejusdem vineæ conservationi ita incumbere, ut ejus boni palmites, viri scilicet illi, qui Altissimi obsequiis sunt mancipati, ac uberes fructus in

suam aliorumque christifidelium utilitatem usque adhuc attulerant, majoribus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis; atque idcirco ea, quæ super his provide, ac salubriter constituta esse noscuntur apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio libenter communimus.

§. 2. Sane alias venerabilem fratrem Franciscum archiepiscopum Thaurinensem ad visitandos conventus fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum provincie Subalpinæ delegavimus, et constituimus; ipse vero Franciscus archiepiscopus opus sibi injunctum singulari diligentia, prudentia, et religionis zelo cumulatissime explevit: præ cæteris autem nonnulla, occasione peractæ visitationis huiusmodi, decreta ipse edidit summo studio, ac labore confecta; horum decretorum tenor est qui sequitur, nempe

Actus visitationis expleti ab visitatore apostolico memorantur.

§. 3. Franciscus Lucerna Rorengus de Rorà divina miseratione, et apostolicæ Sedis gratia archiepiscopus Thaurinensis, et Subalpinæ Cappuccinorum provincie visitator, et delegatus apostolicus.

Tenor decretorum.

Carissimis in Christo patribus ministro provinciali, definitoribus, custodibus, præsidibus, vicariis, lectoribus, cæterisque ejusdem provincie Subalpinæ fratribus, et alumnis, sinceram pietatem, integerrimam charitatem, et salutem in Domino sempiternam.

Quum ex sapientissimi Pontificis nostri Clementis XIV. honorificis literis, anno proxime elapso, mense martio ad nos datis, omnes, et singulos Subalpinæ Cappuccinorum provincie cætus, ac domos etiam, quas missiones vocant, lustrandas suscepimus, eoque munere, Deo volente, defuncti simus; ejus officii ratio hoc a nobis postulat, ut quæ ad morum, vitæque disciplinam, ad divinum cultum, vestrumque integerrimum institutum, aliaque ejus generis pertinere videantur, decernentes, id pro viribus consequamur, quod eidem Pontifici maximo rem tanti momenti nobis committendi propositum fuit. Quamquam enim res, rationesque vestras tam apte compositas hæc lustratio probavit, ut non modo nihil apud nos detractum sit de ordinis vestri existimatione, sed magis, magisque confirmatum, atque adeo auctum, quod de instituti vestri sanctimonia nullo non tempore judicavimus, tamen ne rem majorem in modum nobis commendatam perfunctorie obis-

se videamur, quædam monere, alia quædam constituere optimum factu existimavimus, quibus non quasi nova lex, aut novum onus vobis imponeretur, sed ipsæ veteres constitutiones, et seraphici ordinis leges explicarentur; quæ explicatio, quemadmodum est nobis in votis, cum ad majus ordinis vestri decus, vestramque omnium, et singulorum, carissimi in Christo fratres, utilitatem, fructumque immortalem facile conducat, tum nostræ erga vos omnes, vestrumque universum ordinem charitatis, atque observantiæ certum monumentum existat. Quamobrem apostolica lustratione absoluta, implorato totis animi viribus divino numine, adscitoque crebro patriarchæ, et conditoris ordinis divi Francisci præsidio, hæc velimus eo animo excipiatis, quod diu, multumque nobis versata, hisce literis consignantur.

§. 4. Primum omnium, non ut iudex reos, sed ut amantissimus pater filios suos vos alloquimur verbis divi apostoli, et evangelistæ Joannis: *Carissimi non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum, quod audistis: immo vero quod legistis, et sæpius legistis, et audistis: verbum scilicet patris vestri Assisiensis: verbum regulæ quam ipse vobis tradidit, ab apostolica Sede corroboratam. Memoretote igitur, fratres, aperti obedientiæ præcepti, quod sæpius super hac re pater vobis testamento reliquit; meditaminor pollicitationes pacis, quam ipse sanctis filiis, et piis fratribus, ut olim Paulus apostolus fidelibus Galatis precatus est, et a Deo O. M. vehementer petiit: Quicumque hanc regulam secuti fuerint pax super illos, et misericordia. Pax adfertur non tam regulam professis, quam secutis. Regulam autem dicimus præcipua legum capita ad optimam totius seraphici ordinis institutionem a divo Francisco exarata, et tradita, pauciora ea quidem, sed spiritus Dei, et veræ evangelicæ perfectionis plena. Dicimus etiam regulam constitutiones vestri instituti proprias ab Urbano VIII. literis suis sacrosanctum apostolatus officium, et ex injuncto nobis apostolici muneris debito confirmatas, quas divus Pius V. Pontifex maximus Spiritu Sancto afflante conscriptas asseruit, et aptas omnino, quæ vere sanctos faciant, qui eas perfecte servaverint.*

§. 5. Verum enim vero: *Hæc est regula, et vita fratrum, inquit divus*

Franciscus, *evangelium Domini Nostri Jesu Christi servare, vivendo sub obedientia, sine proprio, et in castitate.* Pauca hæc quidem verba sunt, sed quæ perfectam cumulatamque virtutem postulant a vobis, qui per solemnem professionem singuli vos ipsi, Deo adhibito teste, obstrinxistis, itaque devovistis, ut integrum vobis non sit ab ea lege discedere. Porro sub obedientia vivere idem ferme est, ac voluntatem propriam amisisse, quod cumulatam reddit religiosi viri virtutem, ut celeberrimus seraphici ordinis, et Ecclesiæ doctor divus Bonaventura testatur: *Tota religionis perfectio in voluntatis propriæ subtractione consistit.* Quum enim nihil homini amabilius sit libertate propriæ voluntatis, ut ait angelicus doctor, tum nihil Deo acceptum magis, quam propriæ voluntatis sacrificium, per quod teste divo Gregorio, *nosmetipsos impendimus Deo, quando per alias virtutes nostra præcipue eidem tribuimus.* Unde inquit Sapiens, *melior est obedientia, quam victima,* quia, ut ait idem Gregorius, *obedientia virtus est, quæ cæteras virtutes in mentem ingerit, et custodit.* Hocine vero præceptum noverunt, et servant, aut Deo votum reddunt, quod emiserunt, fratres, qui aut obedire renuunt, aut ægre semper id faciunt, causasque pertendunt, ut a legibus seu imperatis solvantur, et, qui plurimum possunt, sibi conquirunt, ut, quod ipsis libuerit, faciant, quæ vero præcipiuntur, omittant? *Fidelis obediens, inquit divus Bernardus, nescit moras, parat aures auditui, manus operi, itineri pedes.* Auribus quidem audiunt nonnulli, sed moras certe noverunt, et nectunt, nec operi manus admovent, nec parant itineri pedes: immo vero caussantur, dolent, lamentantur, excitant turbas, matronæ se fidei, aut viri potentis permittunt, ut obedientiæ justam legem eludant, aut regulari observantiæ se subtrahant; si vero parent, id ægre faciunt, metu pænæ, non amore virtutis, quod ex divo Bernardo idem est, ac si minime obtemperent: *Si caperis, inquit, judicare prælatum murmurans in corde, etiamsi exterius impleas, non est virtus, sed velamentum malitiæ.* De iis vero quid tandem, qui ter, quaterve sic se gesserint obstinato animo adversus jussa eorum, qui præsent, imperium detrectantes, aut speciè pietatis, aut captato fulti patrocinio? Illi vero ab omni munere, et gradu in provincia, nisi certa diuturnæ emendationis argu-

sub obedientia
sine proprio,
et in castitate.

Præcipitur observantia regni a s. Pio V. divino afflato spiritu condita, et aliis summis Pontificibus confirmate.

Regula tota est in eo, ut quisque vivat

menta dederint, dum vixerint, arceantur, neque enim imperare decet eos qui obtemperare prius non didicerunt.

Quomodo sit
paupertas co-
lenda descri-
bitur,

§. 6. *Præcipio firmiter*, verba sunt divi Francisci Assisiensis, *fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam. . . fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrini et advenæ in hoc sæculo in paupertate, et humilitate Domino famulantes vadant pro eleemosyna confidenter.* At quid apud Cappuccinos fratres de paupertate loquamur, qui durissimam degunt vitam, atque emendicato pane victitant, austerissimum vitæ genus professi? Immo vero et his præcipue colenda paupertas, quia *habendi amor*, inquit sanctus Eucherius ad monachos, *nisi ad integrum reseccetur, ardentior est in parvis, exultatque adversarius quando videt nos maxima contempsisse, ut minimis vinceremur.* Ita plane fratres carissimi: minima vobis quotidie vincenda sunt, ne facile vincamini in maximis, sensimque vita communis oblitteretur, quæ religiosæ sanctitatis veluti caput est, et fundamentum. Hinc districte præcipimus, ut nihil singulare unquam in mensa apponatur, quo privatim quisque utatur in cibum, sed omnes, tam superiores, quam subditi eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio vescantur: exceptis tamen infirmæ valetudinibus fratribus, et advenis, quibus eæ dapes apponi poterunt, quas aut necessitas, aut laudabilis consuetudo tulerit. Frequentes etiam cum sæcularibus epulationes, etsi in communi triclinio fiant, reprobanus, et quando aut urbanitas, aut grati animi virtus, id postulet, raro primum parentur epulæ, tum ita modicæ, et parvæ, ut redoleant paupertatem, non præclarum convivium. *Pars enim sacrilegii est rem pauperum dare non pauperibus*, inquit divus Hieronymus. Si quis autem cænobii custos, seu guardianus hisce voluerit, nihilominus gaudere conversationibus, a ministro provinciali primum moneatur, et si non respuerit, statim abire jubeatur. Abusum insuper calidæ potionis ex arabibus fabulis tostis, ac tritis, et exquisitoris americani poculi a nonnullis inventum, qui hæc in cella retinent inscio cænobii rectore, et sine ejusdem expressa licentia, perinde ac si proprium aliquid habeant, quod sumant, et elargiantur, omnino damnamus. Si vero infirmus aliquis, aut se-

nex, aut concionator his aliquando propter stomachum, aut alias infirmitates indigeat, a cænobii rectore petat, qui aut per se, aut per sacerdotem regularis disciplinæ studiosum ad id specialim destinatum eam ex his potionibus petenti fratri in aliqua communi non privata cella exhibeat, quam cujusque necessitas, non voluptas postulaverit: sicque exercebitur, ut in aliis austeris institutis, vera charitas, et excludetur perniciosa proprietatis, quæ perfectam paupertatem destruit, ejusque fursuris pauperes tantum facit, de quibus agebat olim divus Bernardus: *Pauperes esse volunt, eo tamen pacto, ut nihil eis desit.* Sciunt enim vero fratres omnes hujus instituti, sibi ex constitutionibus fas non esse aliquid retinere, quod superfluum sit, ideoque amandanda animalia quævis, greges ovium, aliaque hujusmodi, quæ delicias potius redolent, quam pœnitentiam; caveantque superiores, ne in posterum cuiquam permittant, memores illorum verborum: *capite vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas*; paulatim enim abusus irrepunt, nec postea eradicari poterunt. Nihil igitur, nisi necessarium habeat religiosus in cella, cætera autem in cella communi serventur, ex qua ea omnia fratribus superior suppeditet, quibus opus quis habuerit, sintque omnia communia, et similia, mucicinia, sandalia, vestes, sudariola, neque aliud habeat religiosus ad perpetuum usum, nisi binas vestes, unam hyemalem, æstivam alteram, id enim exigit mundities, et necessitas postulat. Si vero incerta quis habeat, quæ restituat, ea statim aut ad episcopum mittat, aut parochio tradat, qui episcopum consulat; nunquam vero religiosus ea ad cænobium deferat, aut in cella custodiat, aut ipse, episcopo inconsulto, distribuat. Cæterum illud etiam monere fas est, immo vero præcipere, quod jam ex constitutionibus habetur, aut colligitur, ut nimirum non solum non quærantur superflua, aut acceptentur juxta illud beati patris vestri Francisci: *gratias ago Deo meo, quia eo adjuvante paupertati sponsæ meæ dilectæ fidem semper servavi, nec eleemosynas unquam furatus sum, quum semper minus acceperim, quam opus haberem, ut et alii Christi pauperes propria portione non fraudarentur, et furti reus non fierem apud Deum*; verum etiam ne earum rerum collectæ unquam fiant, quibus uti fratres nequeunt, aut ipsis non licet, Quamobrem spicarum

aut uvarum collectam omnino prohibemus, nisi forte tot quis colligat racemos, qui esurialibus potissimum diebus pro serotina refectinacula, aut alio quovis tempore fratribus in triclinio communi mensæ assidentibus inserviant, nunquam vero ut hinc in cœnobio vinum expriment, aut simillam faciant, id enim omnino vetamus, quemadmodum etiam res collectas vendere, et in pecuniam redigere, aut in alias res quovis colore, aut prætextu commutare, nisi gravi urgente necessitate, et cum facultate ministri provincialis; si quis enim superior aliquid hujusmodi facere ausus fuerit, aut permittere, esto statim exactoratus, et ad mensem a divinis suspensus; qua etiam pœna multatos volumus, et dicimus superiores omnes, et potiori jure subditos, qui eleemosynas, et res proprio cœnobio a fidelibus oblatas plus satis recipiunt, et colligunt, ut ad alia cœnobia, aut ad privatas personas arbitrato suo transmittant; quique pecuniam retinent, aut ab oblati famulis cœnobii retineri jubent, aut, quod turpius esset, apud sæculares titulo depositi servant: hæc enim omnia nec altissima Cappucinorum paupertas sinit, nec instituti sanctitas patitur. Qua de re unum habeat quodlibet cœnobium procuratorem, seu quem vocant *benefactorem*: duo vero, aut plures ne habeantur. Si vero propter citum cœnobiorum, aut distantiam, aut solitudinem aliquem destinari opus sit, præter procuratorem, qui eleemosynas, et oblationes recipiat, per nos sane licet, dummodo nihil aliud hic faciat, et quam primum poterit, omnia apud procuratorem deponat, nihil apud superiorem, nihil ipse per se cœnobio parare possit; nullaque alia de causa, nullam aliam in rem, nullaque alia ratione, alium præter procuratorem nominari, et esse volumus. Qui contra fecerit quivis superior e gradu motus, neque suo, neque alio officio fungatur ad annum. *De recursu*, ut ajunt, *ad pecuniam* aliquid dicere supervacaneum ducimus, quam tantum facinus quam sit detestandum, quæve pœnæ constitutæ, neminem vestrum ignorare arbitremur, uti etiam pontificiam *de largitione munerum* constitutionem, qua religiosis contra paupertatem offerre munera vetitam est. Illud tamen addimus ex divo Hieronymo: *crebra munuscula, et suduriola, et fasciolas, et degustatos cibos, sanctus amor non habet*: scilicet nec subditi superioribus munera offerant, neque hi recipiant; utrum-

que enim paupertatis jura proscribunt, tum vero munuscula superiorem acceptare vile est, subditos vero exhibere, suspectum. Præterea religiosos equitare, aut reda vehi, instituti leges tamquam paupertati contrarium vetant, nisiurgens cogat necessitas, et probata: quare qui id fecerit a superiore severe puniatur, et si superior sit, semel, aut bis monitus, deponatur. Denique mementote, fratres dilectissimi, vos pauperrimi patris, eximique paupertatis cultoris, filios esse, qui hoc sibi ab Ecclesia præconium meruit. *Franciscus pauper, et humilis cœlum dives ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur*. Cavete, ne eorum numero censeamini, de quibus olim divus Vincentius Ferrerius ajebat: *gloriantur in nomine paupertatis, et socios paupertatis fugiunt*. Paupertatem veluti pedissequæ comitantur ægritudo, molestia, labor, cruciatus, derisiones, contemptus, opprobria; hæc omnia diligenda sunt, aut saltem æquo animo toleranda, ut jure liceat de paupertate gloriari, quæ non ex laboribus corporis, sed ex affectione cordis æstimationem habet: *non enim, inquit divus Bernardus, paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor*.

§. 7. *Castitas angelos facit: qui eam servavit, angelus est, qui eam perdidit diabolus*. Aurea sunt beati patris Ambrosii verba, quæ plurimum, frequenterque a religiosis viris pensanda sunt, ut tam præclara virtus intemperata servetur. Quum enim in terris angelorum personam referre quodammodo debeatis fratres dilectissimi, utpote qui in ministerium salutis animarum missi estis eam præ cæteris colatis virtutem oportet, sine qua neque angeli esse, nec angelorum ministerium exercere poteritis. Quamobrem cuilibet vestrum maximo studio enitendum est, ut ea omnia, tanquam a facie colubri fugiatis, quæ candidissimum hunc virtutum omnium florem vel minimum quidem obscurare queant. *Cum cæteris enim vitis, inquit divus Hieronymus, quis posset resistere, huic tamen non potest nisi per fugam*. Quæ pugnæ ratio, si in aliis ad turpe vitium incitamentis omnino servanda est, potissimum vero in vitandis mulieribus. *Homo, et mulier, ait idem eximius doctor, ignis, et palea, et diabolus nunquam sufflare cessat, ut accendatur*. Accenditur autem potissimum per colloquia, ex quibus mutuis primum facile excitatur affectus, tum vehementis

Loquitur de modo castitatis servandæ.

amoris flamma succenditur; unde idem sanctus pater hortabatur: *dum parvus est hostis interfice: scilicet statim ex secunda radix, neque de tua, aut aliena sanctitate fidendum, neque enim aut Davide sanctior, aut Samson fortior, aut Salomone potes esse sapientior.* Colloquia, inquit, spiritualia sunt, et piæ de rebus cælestibus collationes. At sufflat diabolus, et vorax ignis, non quidem divinæ charitatis, sed carnalis amoris tandem accenditur. *Spirituales enim, inquit divus Basilius, primo charitatis quadam specie illectos, postea in voraginem præcipites deturbavit.* At mulieres, et puellæ ex iis sunt, quæ crucis mortificationem jugiter portant in corpore suo, et Christum toto corde sequuntur. *Nihil refert, ait angelicus doctor; nec quia sanctiores fuerint, ideo minus cavendæ; quo enim sanctiores, eo magis alliciunt: uno verbo, nisi fugam arripias, periisti.* Quapropter diligenter videant superiores, ne unquam audiendis fœminarum confessionibus præfiant, nisi quos non solum matura ætas, quæ etiam sine castimonia esse potest, sed morum integritas, vitæ sanctitas, et prudens iudicium commendent. Immo vero districte præcipimus superioribus cœnobiis, ut cum animadvertunt, sacerdotem aliquem nimis esse de mulierum confessionibus excipiendis sollicitum, et vehementer cupidum, cum filiabus confessionis frequenter confabulari, eas domi sæpius invisere, easque ad se nimium allicere, ac pœnitentium fœminarum sibi veluti turmam conquirere, nulla interposita mora, eidem potestatem audiendi confessiones mulierum adimant, eumque excipiendis virorum confessionibus addicant, statimque de hac re certiore faciant ministrum provinciam, qui idem præceptum confirmet, et quando expedire videat (et facile sæpius expedire videbitur, si omnia rite excutiantur) sacerdotem illum ab eo cœnobio ad aliud transferat, ubi aut confessiones non audiat, aut tantum virorum. Ita autem fieri volumus, et decernimus ad graviora mala vitanda, et ne totum ordinem iniquorum dicteris turpi labe commaculati contingat. Absit vero, ut religiosus quisque colloquia unquam solus misceat cum mulieribus in cella, seu mansione ad ecclesiam, quo ipsæ ingredi possunt, ostiis clausis, et clavi firmatis: aut testem habeat, aut apertis ostiis inter portam, et portam sic colloquatur, ut a transeuntibus conspici queat.

Qui enim contra fecerit, acriter primum a superiore moneatur, deinde, si hoc mandatum violare pergat, severe coram fratribus puniatur: si autem sit superior et his, terve monitus non pareat, deponatur. Porro sub atrio, seu porticu majoris portæ cœnobii, at pro templo fratres, per otium ne maneant, neque cum fœminis confabulentur, aut assideant: si vero ad portam quandoque colloqui oporteat, id stantes modeste faciant, sintque breves sermones juxta aliud divi Hieronymi *Sermo tuus cum mulieribus sit brevis, et rusticus.* Qui enim frequens fuerit et verbosus, monitusque non resipuerit, ipsi ad bimestre interdicitur porta, ut gravitatem viro religioso convenientem præferre primum discat, antequam cum sæcularibus colloquatur.

§. 8. Verum enim vero non satis est ad hanc servandam virtutem, si quævis peccandi pericula declinetis, necesse est enim, ut ea etiam sectemini, venerabiles fratres quæ ad vitium oppositum depellendum, aut prohibendum faciunt, nimirum demissionem animi, orationem, et perfectam regularis disciplinæ observationem. *Qui sine humilitate virtutes congregat, inquit Gregorius, quasi in ventum pulverem portat.* Et qui multum laborant, et magnas sine hac virtute res operantur, nihil aliud sunt, nisi nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, quia *nisi quæcumque bene feceris, ait Augustinus, humilitas præcesserit, et comitetur, et secuta fuerit, totum extorquet de manu superbia.* Quin immo hæc est divi Thomæ sententia, sanctorum patrum oraculis confirmata, qui demissionem animi non sectetur, castum esse non posse. Superiores ergo ne temere oculos avertant a fratribus qui in vanitate sua gloriantur, nec jactare desinunt propria studia, doctrinam, pietatem, labores, prædicationes, dignitates, existimationem, qui *arguente nullo, ut inquit divus Gregorius, peccatores se confitentur; quum vero de culpa fuerint correpti, defensionis patrocinium quærunt ne peccatores videantur; qui sancti, et perfecti audire malunt, quam esse, iis, inquam, attendant, nec eorum aliquem e conspectu suo amittant, et raro admodum e cœnobio egredi sinant, nec unquam sine socio probatæ virtutis; aut eum isti mortifera hac labe inquinati sunt, aut quam primum certo inficientur. Isti autem tumidi, et elati sacerdotes nunquam ad dignitates, aut officia evehan-*

Præter emissam
vota etiam colenda est
virtus humilitatis
qua sine extul
lat omnis regulis
disciplinæ observan
tia

tur, quia facilius seipsos perdent, et cæteros. Idem ferme de iis esto iudicium, qui regularis disciplinæ observationem aut contemnunt, aut negligunt, qui, ut scribit divus Cæsarius, *ad reliquendos dulces affectus fortissimi fuerunt, et nunc ad declinandas negligentias infirmi sunt*; qui quoties agitur de oblectamentis, ludis, deambulationibus prompti sunt, quoties sermo est de choro, de sacra lectione, de pia meditatione, desides, et fastidiosi, qui frequenter emendicatis rationibus vagantur, et quadragesimale tempus appetunt, ut e cœnobio egressi a regulari disciplina soluti liberius vivant; isti nec seraphici patris institutum noverunt, nec spiritum Christi habent, immo vero maledicto proximi sunt, quia scriptum est; *maledictus homo qui facit opus Dei negligenter*. Hujus autem naturæ homines pseudoreligiosi, non in missionum domibus, non in parvis cœnobiis collocandi sunt, ubi facile genio indulgeant suo, et evagentur quo libuerit, sed in uno, alterove Taurini cœnobio, ubi provinciæ patres residere decet, qui eos contineant, corrigant, puniant jussos abstinere a concionibus, ne ulli locum offensionis præbeant, utque viam proprii instituti a qua erraverunt, ingressi, a diaboli laqueis resipiscant. Hoc prudentiæ leges suadent, hoc charitas postulat, idque in posterum a ministris provincialibus fieri volumus, et jubemus.

§. 9. In primis autem hortamur vos, fratres carissimi, ut semper vigiletis in orationibus, atque in ea potissimum, quæ meditatio appellatur; *hac enim*, inquit divus Laurentius Justiniani, *fugatur tentatio, abscedit tristitia, virtus reparatur, excitatur fervor, et divini amoris flamma succrescit*. Hæc est lucerna, qua mens nostra illustratur, ignis quo cor nostrum calet in Deum, cibus, quo anima nostra nutritur: uno verbo: *consideratio*, ait divus Bernardus, *regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus; accedite igitur ad eam fratres, et illuminamini: sine intermissione orate, atque optima erit vitæ vestræ ratio, et cumulata virtus*. Hinc prudenti patrum vestrorum decreto olim sancitum fuit, ut omnes, et singuli ordinis vestri fratres quotidie statuto tempore, mane, et vespere duabus se junctim horis orarent. Apposite id quidem. *Nam mane, et vespere tempus orationis opportunum*, ait s. Isidorus. At sive mane, sive vespere integra hora insumenda est, non duæ, tresve solum horæ partes; hoc tempus

Bull. Rom. Tom. IV.

in rerum æternarum meditatione insumendum, non in benedictione sanctissimi Sacramenti, aut in canticis, aut in aliis functionibus. Quapropter mandamus, ut sive mane, sive vespere per integram horam, ut a constitutionibus præscriptum est, fratres orent, et meditentur, neque hæc orandi ratio aliis unquam etsi piis, et sacris functionibus interrumpatur, nec liceat superiori cum tota communitate de præscripta meditatione dispensare, cum singulis vero fratribus super hac re caute etiam agat superior; raro enim rationes justæ sunt, cur aliquis ab orando dispensetur. Potest quis dicere: Non possum jejuna-re: non possum nocte surgere, ad psallendum. Numquid dicere poterit: non possum corde, et mente ferri in Deum ejusque colere majestatem? Non-runt, qui vere spirituales sunt, quid sibi velit regius psalter: *Benedicam Domino in omni tempore: in omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino*. Quum vero fieri debet sanctissimi Sacramenti expositio, et populo benedicendum, id fiat, aut mane post missam conventualem, aut, si lubeat, etiam vespere, sed sive ante completorium, seu post integram orationis horam, aut antequam hæc incipiat. Hæc autem sanctissimi Sacramenti expositio semper, et in quavis ecclesia vestri ordinis, ut ad aram majorem, ubi idem servatur, fiat præcipimus, non autem ad altaria lateralia. Mane vero tempore orationis a sacerdotibus familiæ missa non celebretur, sed omnes simul orent, ut præscriptum est etiam laicis, quibus potissimum a superioribus meditatio etiam atque etiam commendanda est, non ab ea lege solvendi, ne laici quidem. Fratres autem qui communi orationi per oscitantiam non interfuerint, pœnas negligentiae convenientes a superiore infligendas luant. Si vero superior, aut ipse sine justa causa sæpe abfuerit, aut quæ a nobis præscripta sunt non servaverit, officio statim privetur; neque enim spiritu Deû agitur, qui negligit orationem. Credite nobis dilectissimi fratres: si orationis fervor tepescit, paullatim religiosorum pietas, et studium minuetur, sanctumque ruet institutum. *Religiosus enim, perbelle ajebat divus Philippus Neri, religiosus sine oratione, est religiosus, seu potius animal sine ratione*; quumque homo negligit per orationem erigi super se, per turpia crimina, permit-tente Deo, deprimitur infra se. Mementote igitur, fratres, verborum di-

K k k 2

Ut religiosi vigilent in oratione hortatur, et præsertim in meditatione.

vi Gregorii: *vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci, ut semper oretis, et ab orando nunquam desistatis: sed mementote simul verborum divi Bernardi: silentium, et a strepitu quies cogit caelestia meditari, ut praeclarum justitiae cultorem silentium semper diligatis, et exacte servetis: Ab omni enim forinsecus strepitu, ab omni rerum humanarum tumultu abscedat necesse est, qui vult cogitare dies aeternos, inquit s. Augustinus. Severe igitur custodiatur silentium in choro, in sacrario, in triclinio, in dormitorio, et loquaces fratres superior moneat, corrigat, et ubi opus fuerit coram omnibus puniat, ut discant ipsi, discant caeteri loquacitatem odisse, et amare silentium, quod integerrimus est solitudinis, pacis, et charitatis custos, quo sublato charitas aliquando detractio violatur, pax contentio turbatur, et cœnobium tumultus est, non solitudo. Quare superior raro admodum cum fratribus de silentio in triclinio, et dormitorio dispenset, sitque ipse rigidissimus silentii cultor, si veræ in Deum pietatis, sanctæque cœnobarum vitæ velit esse studiosus: sæpius enim solvere a silentii lege, idem est, ac regularem disciplinam sensim disperdere, et cœnobium dissentionibus, et perturbationibus implere.*

Quomodo in choro recitationi divini officii sit incumbendum præfinitur.

§. 10. Quod hactenus de meditatione diximus, idem ferme de divini officii in choro recitatione dicatur, quod aliud est etiam orandi genus Deo O.M. acceptissimum. Atque ad id muneris plurimum diligentes esse oportet religiosos, quod ipsos facit almæ Syonis æmulos beatorum videlicet spirituum, qui divinas laudes in cælesti urbe Hierusalem in æternum canunt. Prompte igitur omnes, et singuli dato æris campani signo accedant, modeste intersint, graviter psallant, et pie interim, quæ psallunt meditentur; sit una omnium vox, et quidem consona vox, sit una in tempore pausa, sitque omnium unus spiritus, unum cor, unaque mens in misericordem Deum, et exaudiat; sicque in divini officii recitatione ritus vester, et modus constanter servetur, ut qui vos audiunt fideles compungantur, et corde ferantur in Deum. Atque ob id plurimum memorare juvabit, tum ex constitutionibus, tum ex antiquissima consuetudine, vobis non esse in choro, aut in ecclesia canendum, sed ita modulandæ voces, ut non cantus, sed gemitus potius videatur, qui aptis-

simus est ad fervorem tum in vobis, tum in eorum, qui adsunt, animis excitandum. Quamobrem non solum præcipimus, ut hic orandi modus constanter in tota provincia servetur, sed vetamus insuper, ne unquam quavis ratione, aut prætextu spirituales hymni, aut responsoria, aut litanie, aut orationes, aut quid tandem aliud in choro, aut ecclesiis vestris canatis. Etsi forte in aliquo cœnobia occasione potissimum benedictionis cum SS. Sacramento aliter consuetudo tulerit, eam abrogamus, et veram consuetudinem non esse, sed malum usum dicimus, et declaramus. Si quis vero superior huic decreto non pareat, aut aliter quam præceptum est in propria ecclesia fieri patiatur, officio suo statim privetur.

§. 11. Addendum aliquid de excellentissimo orationis genere, nempe de sacrosancto missæ sacrificio. Atque illud in primis repetimus, quod a sanctis pontificibus sæpius, quod ex generalibus totius ordinis decretis frequentissime inculcatum fuit, eos nimirum sacerdotes esse puniendos, qui tertiam saltem horæ partem in missæ sacrificio persolvendo non impenderint. Itaque cœnobii rector si talem habeat sacerdotem, humaniter primum moneat, tum publica multet pœnitentia, ac demum, si in rectam semitam ipse non redeat, ministrum provincialem datis literis moneat, qui sacerdotem statim ad tempus a divinis suspendat, jubeatque ipsum per aliquot dies spiritualibus exercitationibus vacare, ut discat quam sancte, et quanto cum pavore hoc divinum opus faciendum sit. Ita se gerere debet provincialis, Deo O. M. graves sane pœnas daturus, si contra faciat. Anne enim tam sanctum, et terribile sacrificium oscitanter et perfuntorie offerendum est, aut tam familiaris cum Deo necessitudo contemnenda, et quidem a sacerdote austerioris instituti, santiorisque vitæ sectatore? *Non enim habet, inquit sapiens, amaritudinem conversatio illius, nec tædium convinctus illius, sed lætitiâ, et gaudium.* Missa conventualis quotidie, et quidem statuto tempore ad majorem aram celebranda nunquam omittatur, et de more pro benefactoribus applicetur. In solemnioribus anni festis eam celebret cœnobii prælatus, aliis vero diebus hebdomadarius sacerdos: atque huic sacro clericus cotta indutus assistat. Antiquæ ordinis vestri consuetudo, quæ etiam universalis Ecclesiæ ritu præscribitur accendendi in qualibet missa ce-

De celebratione missæ, et tempore in ea impendendo, sub pœna quæ suspensio- nis a divinis.

reum post præfationem, qui super candelabro prope altare ardeat usque ad consumationem, constanter servetur, et ubi non vigeat hæc consuetudo, inducatur. In iis vero cœnobiis in quibus longo usu aliquis sacerdotum ultimam missam serius ad populi commodum maxime diebus festis celebrare consuevit, pergite id facere, ut vitentur diceria, et ne minuatur fidelium amor erga ordinem vestrum, aut populus hac facilitate operandi bonum privetur. Summatim, agnoscite, fratres, ante Deum infirmitatem vestram; assidue, et studiose precamini divinam clementiam: servate regulam, constitutiones, decreta; regularem disciplinam diligite, et facite; atque vitæ vestræ sanctitas, et morum castimonia talis erit, quæ omnibus non dicam fidelibus, sed religiosi viris proponenda erit tamquam norma piæ, sancteque vivendi. Quod quidem facilius etiam assequemini, si quot annis, ut præscriptum est, aut pia saltem et diuturna consuetudine inductum, quilibet religiosus spiritualibus exercitationibus per dies aliquot vacet, ut renovetur spiritu, magisque divino igne incalescat, ac discat eam solitudinem ardentius amare, in qua, ut divus Hieronymus loquitur, *Deus cum suis familiariter loquitur, et conversatur*, quamque ipse ad Bethlemitum antrum scribens ad amicum suum, in terris paradisi appellabat, *solitudo mihi paradisi est*, quam nisi contituo religiosus sectetur, et diligat, habitu quidem monachus, aut cœnobita habebitur, spiritu autem non erit. Atque de hac re attentos cupimus superiores, ut diligenter sacerdotes observent, qui sæpius spirituales exercitationes negligunt, aut parvipendunt, ne eos unquam cœnobiis præficient, aut alia ipsis officia conferant, aut excipiendi confessiones, et concionandi facultatem faciant, cum prudens timor subsit, ne ipsi aut tepidi sint, aut expresse pietatis callidi simulatores potius, quam sinceri cultores.

§. 12. Sed tempus est, ut quæ totius provinciæ, et cœnobiolorum regimen proprius attingunt, dispiciamus. Antequam vero singula persequamur, in caput, et fundamentum inquiramus, delectum videlicet superiorum, et officiorum in provincia distributionem. Principio autem ingenium, seu spiritum ut vocant, nationum in delectu habendo tanquam perniciosum inventum, paucis tantum abhinc lustris inductum, rejicimus, proscribimus, aman-

damus, quod brevi totam provinciam et si optimam, sanctisque viris secundam vastare queat, aut perturbare. Quid enim vero? Hujus, alteriusve nationis octo, quindecim puta, aut plures præficies, seu, ut vocant, guardiani præficiendi sunt, totidemque vicarii? Fac eos in eadem natione desiderari: ex alia natione eligentur? minime sane. Jus acquisitum natio habet, tot eligendi sunt, et quidem eliguntur. Quid vero tum? Præficiuntur inepti, et quandoque etiam ambitiosi qui prudentiæ leges ignorant, justitiæ, et charitatis jura violant, statimque in cœnobiis dissensiones oriuntur, tepescit pietas, regularis disciplina minuitur, omniaque brevi permittentur. Utrum vero natio, patria, nomen, meritum præbent, an potius virtus, doctrina, pietas, sanctimonia dignos faciant, qui præficientur? Quid cum Cappuccinis natio, aut patria qui ne familiæ quidem nomine nuncupantur? Post seriam rerum omnium meditationem provinciam in varias custodias secernere non audemus, veriti, ne hinc in partes, et factiones discessio invehatur; munera vero, et officia secundum nationum varietatem potius, quam ex meritis distribui in posterum patiemur? Absit. Immo vero malum hunc usum perinde ac si minime inductum foret, habemus, eumque prorsus repellimus, et damnamus. Si vero quis provincialis, aut definitor, aut definitorum etiam collegium illum iterum invehere, aut permittere, aut clam factitare ad eludendam legem ausus fuerit, eum statim officio, et dignitate privatum dicimus, et ineptum perpetuo ad quodvis in provincia munus obeundum, simulque declaramus ad annum in quodpiam cœnobium conjectum arbitrio definitionis puniendum. Cæterum eos in posterum præfici volumus provinciæ, et cœnobiis, quos expressa pietas, morum castimonia, sana doctrina, prudens judicium, vera charitas, atque intemerata justitia commendent, etiamsi lectores non fuerint, aut non sint concionatores. Nihil enim in posterum, ut jubemus, aditum aperiet ad dignitates, quam sincera virtus, et spiritus seraphicus, nihilque excludet, nisi ignorantia, morum pravitas, dignitatum ambitus, et spiritus proprii status defectus. Neque enim seraphici patris mens unquam fuit, aut institutum, ut qui concionatoris nihil habent, nisi purum nomen, iis præficientur; qui vero hoc nomine non gaudent, habeant autem omnes perfecti religiosi

De delectu superiorum, et distributione officiorum in provincia.

characteres repellantur. Excludatur igitur ambitio, abigatur ingenium nationum, studium partium destruat in superiorum delectu, tumque distributivæ justitiæ leges facilius servabuntur; iique sanè præficientur superiores, quibus præsidibus institutum florebit, et provincia clarescet; non desunt enim in florente hac provincia integerrimi viri ad regimen aptissimi, sed latent, et ideo forte, quia sibi ipsi student, amantque nesciri, atque ideo præferendi, quia spiritu Dei aguntur, et sunt filii Dei.

De onere eligendi sacerdotes digniores, qui tamen nullum gradum, vel prærogativam assumptis se præsumant, sed solam diligant virtutem, doctrinam, et sanctitatem.

§. 13. His ita constitutis, in ea spe sumus, fore, ut nemo ea sit ambiturus officia, ex quibus veluti gradibus olim ad majores dignitates certæ ascensionis disponebantur, quam decretum sit concinatoris, lectoris, aut definitoris officia nullum statuere gradum, aut præbere meritum ad dignitates, sed solam virtutem, doctrinam et sanctitatem. Hac sententia firmati, et huic nostro decreto parentes quotquot jure, aut consuetudine ad capitula vocantur, eos eligant sacerdotes, quos digniores, omnibus prudenter perpensis coram Deo existimaverint. Porro capitulum provinciale juxta legem, et consuetudinem hujus provinciæ quolibet triennio cogendum est, atque hic mos constanter servandus. At antiqua consuetudo, eaque optima, et sancta congregationis intermediæ, ut appellabant, quæ medio quovis triennio convocabatur, quæque, quo facto nescimus abrogata fuit, restituenda. Quare præcipimus ut quolibet medio triennio, ut olim convocabatur, et agebatur, hæc congregatio, ita in posterum fiat, in eaque jus, fasque sit provinciali, et definitoribus non solum cœnobiis præsidibus ex uno, ad aliud mittendi, sed eos etiam officio privandi, quos aut ineptos, aut negligentes, aut perniciosos deprehenderit. Tum vero etiam, si quando contingat, quod avertat Deus, provincialem, aut definitorem aliquos graviter officio suo deesse, aut aliquid in provinciæ damnum peregrisse in eadem congregatione deponi, aliosque sufficere facile patimur. Accuratius forte, et rectius provinciæ, et cœnobiis res administrabuntur. Itaque, tam ad capitulum provinciale, quam ad intermediam congregationem statutis temporibus vocales omnes intersint, qui nimirum jure, consuetudine, aut privilegio ad provinciale capitulum convenire hactenus consueverunt.

Quid superiores, quid cœnobiarii

§. 14. Jam vero de superioribus provinciæ, et cœnobiis singillatim

dicturi, unumquemque in primis Spiritus Sancti verbis vehementer monemus: *Noli querere fieri iudex nisi potestate valeas irrumpere iniquitatem: ne forte extimeas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua Noli esse pusillanimus in animo tuo.* Mementote igitur quotquot superiores estis, vobis constanter sectandam esse prudentiam, æquitatem, charitatem, ut prælati, iudices, et patris munera rite exercere valeatis, vitia extirpare, et fovere virtutes. Provincialis, quemadmodum primus est in provincia superior, ita virtute, et sanctitate debet esse præcipuus. In primo, et digniore provinciæ cœnobia scilicet montis Taurini resideat, ut ibi tamquam ex eminentiore specula facilius possit tot provinciæ prospicere. Universa cœnobia statuto tempore et ratione solite, diligentique perlustret, atque ita in hoc præcipuo provincialis munere se gerat, ut hæc visitatio non solatium, aut deambulatio dicatur, sed solita peraman- tis pastoris totius gregis sui, et provida perlustratio. Scilicet propriis pedibus, non æquo, aut rheda, aut cisio incedat; munuscula a superioribus, aut subditis ne accipiat, exemplo præeat admonitione confirmet; diu, noctuque choro, et communi orationi intersit, nisi prima fortasse adventus nocte, ut paullulum ab itinere quiescat; demissiora officia, quæ a familiæ fratibus exerceri solent, prior ipse faciat, multa fratrum turba, aut in civitatibus ambulans, aut de cœnobia, in cœnobia immigrans se stipari ne sinat; communi mensæ, ut amanti patris est cum filiis suis assideat, quædamque cibum suum, et potum cum filiis distribuere, et communicare. Apage vero quemlibet mensæ apparatus, aut delicatos cibos, aut extranea vina, aut exquisitos liquores; neque id enim aut instituti paupertas sinit, aut pastoris gregem suum visitantis officium, seu dignitas patitur. Et si quid a benevolis eo tempore offeratur, ipse cum tota familia sumat, pieque simul lætetur. Delectum quidem rerum, et personarum probamus, sed nimietatem, et excellentiam damnamus. Diligenter consideret, quæ ad Dei cultum, templique nitorem faciunt, et quæ potissimum ad sacrificii eucharistici celebrationem sunt necessaria; dispiciat, utrum tabernacula serico albo intus vestita, et argentea clavi, aut saltem auricallea, aut ex ferro deaurato obfirmata; utrum exponantur sanctorum reliquiæ nullo epi-

præstare teneantur describuntur.

scoporum sigillo, aut testimonio munitæ, et an in decenti loco tuto, clauso, serico, aut panno rubro iatus vestito, et a cæteris usibus sejuncto eadem asserventur; utrum loculus, ubi sanctum oleum custoditur, serico, aut panno violaceo ornatus sit, et ostiolo sera, et clavi munito oclusus, cum necessaria inscriptione. Hæc, aliæque hujusmodi ad sacras functiones rite obeundas, et ad domus Dei decorem pertinentia diligenter observet, et ubi quid deficere animadverterit, opportuna decreta conficiat, quemadmodum nos movere nostro fungentes hoc apostolicæ visitationis decreto, ubi aliquid ex laudatis rebus desit, fieri quamprimum modo superius memorato decernimus, et mandamus. Attente, visitet fratrum cellas, et si quid contra paupertatem inveniat, statim amoveri jubeat: videat valetudinarii sacellum, utrum decenter instructum sit, et in sæparato loco juxta summorum pontificum sanctiones, an vero in aliquo cubiculo, aut bibliotheca, quod permitti nequit, et nos juxta decreta districte etiam prohibuimus, et prohibemus. Omnes simul filios suaviter fortiterque adloquatur, ut ad regularis disciplinæ, et veræ pietatis amorem inflammet, singulos humaniter auscultet, et ad effundendum cor paterna charitate alliciat: jubeat quidem omnes ea aperire, quæ emendatione indigent, aut correctione; at ipsum secretum servet, et quum aliquid decernendum, numquam nomina eorum qui res tradiderunt, revelet, aliter enim non emandatio, sed dissidia orientur, et a manifestando subditi merito alienabuntur. Cuncta audiat, excipiat, at omni spiritui nimis facile non credat. Numquam reos damnet, nisi convictos ne pro sote justus forte aliquando plectatur. Inulta crimina ne relinquat, præmiis donet virtutes. Studio partium unquam agatur, sed omnes æque diligat, atque uti filios suscipiat. Omne studium, et operam ponat, ut quæ per generalia ordiais decreta constituuntur ad instituti bonum, ea perfecte, et adamussim serventur, servetque ipse primus. In præficiendis sacerdotibus, qui fratrum confessiones excipiant, videat, ne antiquitatem professionis doctrinæ, et sanctitati præferat; si enim in ministris sana doctrina, et pietas desit, parum plerumque in pœnitentibus emendationis habebitur. Sibi autem reservatos casus nunquam nisi doctioribus, et ferventioribus concedat. Præter sacerdotem a secretis, qui nequeat unquam aliquid

de regimine privatis fratribus delegere, jure jurando etiam, si oporteat, obstrictus, alium sibi etiam habeat provincialis socium; at sciat plurimum decere ad tricas vitandas hunc sacerdotem esse, et quidem probatæ virtutis et prudentiæ, non laicum. Quam acta criminalia conficienda erunt, si judicii formam nesciat, quam ipsi, et fratribus ignorare licet impune, idoneum sacerdotem etiam sæcularem adsciscat, qui ea, ut judicii leges postulant, conficiat, ne aut gravetur reus, aut crimina minime, seu non convenienter puniantur. Atque hæc res magni quidem momenti est, ideoque satius, si quis extraneus, qui de secreto servando etiam jurejurando obstringi potest, fratrum delicta noverit, quam aut innocens opprimatur, aut graviorum criminum reus cum bonorum offensione, et forte etiam cum totius ordinis infamia dimittatur inultus. Volumus autem, ut provincialis ante congregationem intermediam toti definitioni rationem reddat de misarum elemosynis, et de laulicio. Quamquam ad istud, quod attinet satius fuerit, si hoc negotium, quod sæpe molestissimum est, a se amoveat, ne a provinciæ moderatione abstrahatur, illudque committat probato religioso sacerdoti, qui id operis exacte faciat, ipsique quotannis, et definitoribus reddat hujus rei administrationis rationem; atque ut ita fiat. hortatores sumus, nec sane fallimur. Completo autem triennio provincialis nullis omnino gaudeat supra cæteros privilegiis, nisi eo, quod ipsi facimus, quod sibi maluerit cœnobium eligendi, ut iis quæ ipsi a generalibus totius ordinis consuetudinibus conceduntur. Nam cætera omnia rejicimus, et abrogamus tamquam dignitatum contentiones, et ambitionem amentia, voluntariæ animi demissioni, et charitati inimica. Hæc sunt præcipua ministri provincialis munia, quæ si exacte obeat, fidelis dispensator habebitur; si vero negligat, terribile sibi parat judicium, eritque propterea in congregatione intermedia tam gravi onere humeris suis impari sublevandus.

§. 15. Definitores provinciæ patres appellantur, et una cum provinciali ministro totius provinciæ veluti sanatum constituunt, ab iisque lites omnes, causæ, et negotia ad universam provinciam spectantia finienda sunt, resque omnes rite, prudenterque stabiliendæ. At qui, quidve definiant, huc, illuc dispersi, aut quid judicent cœnobiis regendis præfecti? Negotia urgent? Abscu-

De definitori-
bus provinciæ
eorum officio,
et onere res-
dendi in cœno-
bio principali,
ut corpus cum
provinciali
constituant.

tes sunt. De cœnobiis res est, quibus ipsi præsunt? Rei simul agent, et iudicis partes. Porro utrumque absurdum. Itaque constitimus tamquam principii loco, ut definitores in maiore provinciæ cœnobio, ubi sedes provincialis constituta est, continuo resideant, unumque simul cum provinciali corpus efficiant. Tum semel, aut bis in hebdomada simul cum provinciali conveniant de provinciæ negotiis, et de rebus fratrum acturi. Diligenter sæpius inolem, moresque religiosorum scrutentur, ut opportune provideant, quodque vitent prospiciant. Omnem autem sollicitudinem præcipue in familiarum distributione collocent. Raro cœnobiis superiores patrios præficiant. Sacerdotes in cœnobiis propriæ patriæ plus quam duos ne assignent: curent, ut familiæ ad mutuam in provinciæ charitatem fovendam ex variarum nationum religiosis, quoad fieri poterit semper compositæ sint; ad cœnobia in vallibus, aut ad montes extracta operarios aptiores, et fideles mysteriorum Dei dispensatores mittant, et quidem robustiores, ut parochos, et populos in excipiendis confessionibus, et verbo divino ministrando juvare queant. Meminerint distributivæ justitiæ leges, ordinis decus, regularis disciplinæ observantiam, et spirituale fidelium bonum postulare, ut nec omnes simul infirmi, et inepti, nec omnes una idonei, et valentes singillatim in cœnobiis collocentur, sed ita commisceantur, ut nonnullorum infirmitas cæterorum virtute, ac valetudine sustentata recreetur. In cœnobiis quibus emeriti lectores præsunt pauci ex iis, qui ipsis doctoribus didicerant, collocentur. Dies dicant singulis annis, quibus periculum faciant, qui ad studium mittendi sunt, quique concionandi, aut confessiones excipiendi facultatem petunt. Ad studium non admittantur, nisi qui aut dubiam mediocris saltem profectus spem præbeant: ad excipiendas confessiones, et ad prædicandum Dei verbum non adprobentur, nisi, qui abundantem sanæ doctrinæ, et morum castimoniam suppellectilem præferant. Confessionibus mulierum non destinentur, nisi sanctiores, et prudentiores. In designandis concionatoribus, non solum videant quid quisque valeat, sed qui etiam prædicandi locus uni magis quam alteri conveniat; qui enim ad prædicandum verbum Dei in florentissima civitate erit aptissimus, si in pagum mittatur in ventos verba dabit, et vicissim: at tamen hac in re multum,

et sæpe falluntur, ut nos ipsos non raro omnium rerum magister usus edocuit. Sacerdotes qui quadragesimale præceptum servare nequeunt, aut quorum vitæ cautius consulendum est, ne prædicare sinant, dum robustiores fiant, si mores suspecti, ne iis quidem liceat, dispensare verbum Dei, nisi certa constiterit emendatio. Concionatoribus socii assignentur maximæ probitatis et regularis disciplinæ amantissimi, ne quadragesimales labores plurimum pietati aut instituto officiant. Hæc, aliæque huiusmodi sunt, quæ ad aberius totius provinciæ bonum a provinciali una simul cum definitores decerni volumus. Familiis vero, ut diximus, constitutis, ne provincialis solus, nisi occasione visitationis fratres de uno, ad aliud cœnobium permutare possit, prohibemus, donec rationes quæ graves esse debent, toti definitioni innotescant, et probentur. Frequens enim et nimis facilis religiosorum permutatio aliquam iegerere potest suspicionem, et obloquendi plurimis occasionem præbere. Completo autem definitionis tempore, redeant ad locum suum, qui ipsis debetur juxta professionis antiquitatem, quod olim a Clemente IX constitutum fuit, nullisque aliis privilegiis gaudeant, aut consuetudinibus, nisi quæ penes totum ordinem vim obtinent.

§. 16. Præsides cœnobiorum, seu guardiani ii, ut jam diximus præficiendi, qui etsi concionatores non sunt, cæteris tamen prudentia, et sanctitate præcellunt. Qui enim cum Deo ambulant, tenebras nesciunt, et superno lumine illustrati, ac divina ope adjuti, cuncta recte moderantur, et in charitate ambulantes, omnia juxta ordinem facere rite noverunt, servantque unitatis vinculum, quod vere sanctitatis initium est, et perfectio. Primo summa ipsis vigilantia opus est, ut regularis disciplina servetur, nec unquam ab eadem, nisi gravi causa cum familia dispensent, sintque ipsi primi eiusdem custodes, et cultores. Videant tamen nedum in subditos vigilare satagunt, eos reculis abundant, sicque a proprii status, et instituti amore retrahant. Pigros religiosos excitent, audaces cohibeant, insolentes domi contineant, nec egredi, nisi aut secum, aut cum senioribus probatis viris, et quidem raro patiantur. Arguant, obsecrent, increpent, et cum expedierit, corrigant, et puniant. Meminerint tamen leniter potius, quam minaciter religiosos esse tentandos, etsi aliquando superiori irascen-

De electione, et munere præsidum cœnobiorum.

dum: quia, ut inquit Gregorius, *si ira non fuerit, nec virtutes stant, nec vitia compescuntur*. Quo autem ferventiores sint religiosi, sanctiusque cœnobia regantur, præcipimus ut superior semel in mense fratres omnes in triclinium congregatos, aut in ecclesiam januis clausis, statuta hora, brevi sermone de rebus ad perfectam religiosorum virtutem, et ad proprium institutum spectantibus adloquatur, et quavis hebdomada semel saltem moralem collationem habeat, cui omnes sacerdotes intersiat, nec ullus absit, nisi venia impetrata, et justa de causa. Atque hoc modo ferventiores spiritu, et rerum moralium studio magis intenti erunt religiosi, cuncta in pace facilius composita, et florentes familiæ. Fratribus laicis singulis diebus festis, aut saltem dominicis christianæ doctrinæ explanationem, non quadragesimales conciones superior tradat cui interesse jubeat clericos, tertiarios, et famulos: aut saltem aliquem sacerdotem doctum, et probum ad id muneris præficiat. Si autem super his rebus superior ad mensem negligens fuerit, severe a provinciali corripiatur: si ad bimestre publica pœnitentia multetur, si ad tres menses, deponatur. Maxima vero ipsi opera ponenda est in spirituali clericorum educatione: ipsos frequenter alloquatur, soletur, dirigat, moneat, corrigat, et quotidie, ut præscriptum est, cum ipsis consuetas fundat preces, et spirituales collationem habeat. Si autem contra faciat, eodem modo, et penam quam superius diximus a ministro provinciali puniatur, qua de re ejus conscientiam graviter oneramus. Si enim passim religiosorum juvenum educatio negligatur, brevi ineptorum sacerdotum plena erit provincia, et ruet. Fratres sine socio e cœnobio egredi, nisi gravis urgeat necessitas, ne unquam patiatur: curet, ut quæ officia aliquando a concionatoribus, et confessariis propter munus suum perfici nequeunt a simplicibus sacerdotibus impleantur. Honestam animi relaxationem aliquando fratribus familiæ permittat, ne sibi eandem extra cœnobium præter modum requirant: alea tamen, taxillis, majore pila, aliisque ludibus, quibus clericis interdictum est, nunquam eos ludere patiantur. Raro ipse e cœnobio exeat, ne sæpius egredi subditi petant, potissimum pransurus, in memor sententiæ divi Hieronymi, *facile ille contemnitur, qui sæpius invitatus ad prandium ire non recusat*. Opera servilia festis die-

bus, etiam pro ecclesia, aut cœnobio, ne fiant, nisi impetrata prius ab Ordinario loci facultate. Decreta pontificia, generalia, et provincialia severe custodiat, et faciat, ut ab aliis diligenter serventur; si minus e gradu excidit. Exules, desertores, et maleficos intra cœnobii claustra ne recipiat, nec fraudulentas legum contempiones, aut fraudationes unquam obtegat. Missarum, et elemosynarum catalogum in præscriptis libris diligenter conficiat, in congregatione, et capitulo exhibendum, quem si non exactum, aut confusum, aut implexum provinciæ patres reperiant, aut sine totius familiæ testimonio, unde aliquid liceat suspicari, officio superiorem privent, et puniant. Decernimus etiam, ut quilibet cœnobii præses singulis mensibus suæ administrationis duobus sacerdotibus ad id spectatim a familia semel quolibet triennio destinandis rationem reddere teneatur ad suspensiones omnes vitandas, et ne unquam bona pauperum male, aut non exacte administrari contingat. Volumus etiam, ut quotiescumque multum restaurare expedit ecclesiæ aut cœnobii constructionem, superior sine familiæ consensu nihil faciat, si vero fabrica amplianda sit, aut reformanda, aut expensa gravis facienda id nunquam fiat sine licentia provincialis, et defensorum, qui neque permittant, nisi habito peritorum consilio. Hortamur postremo, et in visceribus Christi obsecramus superiores omnes, ut adversus infirmos a morbo recentes, et valetudinarios præbeant se benignos, et misericordes, curentque, ut nihil eis desit, ex quo convalescere, aut sanitati restitui possint, quod eos amaritudine appressos solari queat, memores æternæ maledictionis quam divinus iudex minatus est, *infirmus eram, et non visitastis me*. Quamohrem mandamus ut quilibet superior, præter coquam qui ad infirmorum curam in cœnobio destinatus est, sacerdotem præstituat, qui ægrorum curator sit, cuique onus incumbat eos, prout necessitas aut charitas postulaverit juvandi, atque de hac re multum sollicitos optamus provinciæ patres, ne religiosi animi cruciatibus, et corporis afflictationibus, nimium vexati, miserrime pereant: ideoque quantum in Domino possumus, ipsos hortamur, ut quamprimum præter valetudinarium, quod in majore Taurini cœnobio extractum est, ubi infirmi per diligentem curantur, aliud præstitui curent in aliquo salubri, et aperto cœlo

sito cœnobio montem Regalem, aut Cuneum versus, quo omnes cœnobiatorum ad eam plagam exstructorum infirmi commode deportari possint. Uno enim hoc modo infirmi, et valetudinarii religiosi, ut charitatis, et naturæ leges exigunt, curari poterunt. Atque hæc ad præsides cœnobiatorum dicta sufficiant, et quidem si adamussim serventur, optima ad prudentem, et piam cœnobiatorum administrationem, haud fallimur.

De vicariis, eorumque officio

§. 17. Nunc pauca de vicariis; quod quidem munus maximi momenti est. Non enim toti familiæ dumtaxat cum præside vicarius præest, sed ipsi etiam superiori a consiliis quodammodo esse debet, cum eoque cœnobia curam, et onus partiri; eumque propterea decet esse maturitate iudicii, multaque probitate, et animi fortitudinæ præditum, ut rite consulere, exemplo præesse, et ubi opus fuerit, vitia curare, et corrigere queat. Quare a cœnobia in primis ne longe abscedat quando abest superior. Immo vero præcipimus, ut quadragesimali tempore in cœnobiis, aut superior, aut vicarius maneat, ac propterea adscititium vicarii quadragesimalis munus tollimus, et reprobamus. Aut alternatim maneat, aut prout satius provinciæ patres iudicaverint, sed unus, aut alter adsit, qui proprio jure, et auctoritate cœnobia, et familiam moderetur. Vicarius igitur eligatur vir maturus, et probus, et regularis disciplinæ tenax, qui etsi adversus superiorem observantiam non exuat, valeat tamen ipsum data occasione docere, monere, adhortari, ut omnia quæ ad cœnobia pertinent secundum leges, et consuetudines fiant, recteque regantur. Atque ob id necesse est, ut amborum una sit mens, atque una voluntas, ne divisiones in totam familiam, studiaque partium facile inducantur. Tantum igitur abest, ut qui vicarii munus bene, prudenterque dato tempore exercuerunt, in superiores amplius eligi nequeant, quin potius eos dicimus præ cæteris eligendos, qui in vicarii officio se bene gesserunt, et in regendi arte se esse idoneos indubium testimonium dederunt.

§. 18. Qui excellentiore sanctitate in provincia præfulgent sacerdotes, ii tyronum, seu novitiorum magistri designandi sunt. Sunt enim religiosæ vineæ veluti cultores, qui tenellas plantas studio, et diligentia alunt, promoveant, regunt, ut centuplum fructum afferant in tempore suo: vix enim, si juvenum ad institutum venientium educatio negligatur; aut sane sanctam vo-

cationem, qua vocati sunt, non sequentur, aut plerumque mali erunt. Videant ergo provinciæ patres, quanti hæc electio habenda sit, nec nisi post multas preces, et accuratam disquisitionem esse faciendam intelligant; multumque adlaborent, ut cœnobia novitiatu sanctioribus religiosis domicilium sit, iisque solum, qui regularem disciplinam exacte, et vehementer servatam cupiant, ne tepida aliquorum vitia, aut mali mores ipsos tyrones offendant, et a suscepto deterreant. Volumus autem, ut qui Cappucinatorum instituti nomen daturi sunt, non modo provinciali sed definitioribus etiam probentur, qui simul diligenter de vocatione, inquirent, de ingenio, de moribus, de genere, et neminem admittant, in quo vocationis signa non extent, qui rethoricæ non studuerit, aut saltem studeat, qui malæ famæ juvenis publice habeatur, nec certa dederit emendationis argumenta, qui humiliori genere ortus sit, aut ex infima plebe; in eligendis candidatis abigant studium partium, et nationum, ingenium exuant, nihilque præ oculis habeant quam spirituale adolescentum, et totius communitatis bonum, graves profecto daturi pœnas omnipotenti Deo, si quempiam humano spiritu ducti, aut acceptent, aut rejiciant. Curent autem, ut quemadmodum præscriptum est, dormitorium tyronum omnino se junctum sit a dormitorio religiosorum, atque ita quidem, ut familiæ fratres cellas tyronum adire non possint, præter magistrum, et superiorem. Porro omni ope, et opere enitentur magistri, ut tyrones ad sinceram pietatem alant, eosque ad instituti mentem informant. Ita cum severitate temperent suavitatem, ut ad diligendam instituti austeritatem provocentur. Omnes æque exercent, et prosequantur. Et si quem propter uberiores virtutem, et animi doctes eximium habeant, et cariorem ne prodant. Multum orent, multumque adlaborent, ut intelligant, et noverint, quinam ad instituti observantiam apti sint, et qui rejiciendi. Quum vero de tyronibus inunda erunt suffragia caveant superiores, et magistri ne nunquam obfirmatum animum ostendant, sed nitide, prudenterque animi sui sensa aperiant, et religiosæ familiæ liberam relinquunt electionem: atque ita non humanus, sed divinus erit delectus, ex quo innumera in universum ordinem, et in christianam rempublicam bona proficiantur.

§. 19. Ventum est, fratres carissimi, ad præcipuum rei caput, quod

Magistri tyronum seu novitiorum ii tantum eligendi, qui excellentiore sanctitate in provincia præfulgent.

De lectoribus, discipulis, et studiorum ratione,

est, de lectoribus, discipulis, et studiorum ratione. Quæ omnia si rite constanter, major ad ordinem vestrum splendor accedet, fluetque uberior in Christi fideles utilitas. In primis verò omnibus mature, diu, multumque perpensis dicimus, et decernimus, antecessorum dignitates, seu provinciæ cathedras omnes in posterum per concursam distribuendas, non vero ad arbitrium emeritorum lectorum, definitorum, et provincialis. Scilicet, quum aliquis lector præstiterit, literis aditionis concursus ad omnia cœnobiaz, et missiones provincialis mittat, per quas omnibus sacerdotibus concurrendi facultas fiat, ac statuta die tres casus a tribus doctoribus provinciæ sacerdotibus a tota definitione defectis proponantur. A mane, usque ad vesperam nisi concurrentibus pro casuum solutione adlaborare, non verbò in diem posterum protrahere scripta definitivibus tradantur, qui die altero, præside provinciali scrutinium rite faciant, una eum sacerdotibus, qui casus tradiderunt, ad quos spectabit de majori, et minore concurrentium idoneitate iudicium ferre, quod quidem scripto dabunt in archivio definitionis asservandum. Quid tum inde? Nempe, qui acriore ingenio, et uberiore doctrina præditus declarabitur, lector erit, quod idem plane sit non raro, ac discipulos perdere et perturbare provinciam. At nihil horum sane quidquam. Quomodo nam? Minister provincialis una simul eum literis concursus privatas alias eodem ad omnes cœnobiolorum præsidem exemplo scriptas mittat, quibus jubeat ab unoquoque convocari familiam, iis exceptis, qui concurrant, ut sincerum de vita, et moribus testimonium ab omnibus firmatum detur, quod præses cum voto suo obsignatum definitioni tuto transmittat. His acceptis literis, et scrutinio persoluto, abeant qui casus proposuere, et solus provincialis cum definitivibus, et, si lubeat sacerdote a secretis, diligenter scrutentur familiarum, et præsidum testimonia, tum omnibus simul perpensis, quæ ad peculiare lectoris dotes constituendas faciunt eos seligant, quos cum doctrina, tum regularis disciplinæ studio, et pietate præstantiores in Domino judicaverint, cæteris autem paribus, qui magis idonei ab examinativibus renuntiati fuere eos lectores eligi volumus, et jubemus. Sed res magni momenti est; progrediamur. Nullo modo probare possumus studiorum rationem, quæ in

provincia viget, ut nimirum unus, idemque lector philosophiam, scientiam morum, et dogmaticam theologiam ipsdem disciplinis tradat, vix enim fieri potest, ut exacte et cum audientium fructu omnia tradantur. Quamobrem cathedras dividimus in philosophicas, morales, et theologicas, et ex his unque specialem præfici lectorem mandamus. Quinque, aut sex erunt gymnasia theologica: quatuor, aut quinque philosophica: duo, aut tria moralia: lectores philosophi tradent institutiones logices, metaphisicas, ethicas, geometricas, et phisicas, et curriculum duobus annis perficient. Lectores moralistæ agent de actibus humanis, de legibus, de justitia, et jure, de contractibus, de restitutione, de peccatis, et censuris, de virtutibus, de præceptis decalogi, et Ecclesiæ, de sacramentis, quoad ea capita, quæ ad morum doctrinam pertinent, quæ omnia quatuor annorum spatio absoluta, et perfecta dabuntur. Lectores vero theologici quinque annis hæc tradent theologicas institutiones: de locis theologicis; de Deo vero, et trino; de Deo homine facto; de virtutibus theologicis; de gratia Christi, et de sacramentis. Philosophiæ lectores cavillationes, et ipeptas quæstiones devitent. Lectores moralistæ doctrinam hauriant suam, ex theologicis locis, non vero ex iis scriptoribus, qui proprias potius opiniones, quam Ecclesiæ doctrinam tradiderunt. Lectores vero dogmaticæ theologiæ ab iis abstineant quæstionibus, quæ ad nihil aliud inserviunt, nisi ad contentiones excitandas, atque in iis exponendis omnem operam, et studium ponant, quæ in præcipuis catholicæ religionis capitibus a dicteris hæreticorum, et incredulorum vindicandis versantur. His ita constitutis, major copia lectorum habebitur, et minor in quolibet gymnasio audientium numerus, quod etiam optimum est, ideoque nihil erit absurdi si in eodem cœnobio duo diversarum facultatum gymnasia habeantur, atque etiam tria in majore cœnobio Taurini. Philosophiæ auditores completo curriculo antequam ad scientiam morum, aut ad theologicas facultates admittantur, coram provinciali, et definitivibus periculum faciant, et ad superiores scientias non ascendant, nisi certam dederint profectus saltem medioeris spem. Aliter enim oleum, et operam perdent, eruntque condiscipulis perturbationi, et lectori molestiæ. Lustent isti orationi, sibi que per illustra-

tiones mentis, et plenissimam vitam absconditos cælestis sapientiæ thesauros acquirant, eaque cœnobiorum munia obeant, quæ facere propter ministerium suum concionatores, et confessarii non possunt. Volumus etiam, ita studiorum curricula primis annis distribui, ut continuo unum aliquod quolibet anno compleatur, novumque incipiat, ne juvenes religiosi scientiæ cupidi meliores annos terere frustra cogantur. Quoniam vero lectoris, ut et tyronum magistri officium illud est, quod totum plane requirit hominem, operi suo unice intentum, propterea prohibemus, ne in posterum magistri tyronum, et lectores in cœnobiis vicarii munus exerceant, quamquam qui eo munere rite modo fungantur, illud usque ad statutum tempus persequi posse, si libeat, indulgemus. Atque hæc de studiorum ratione ad uberiorem auditorum profectum, et ad splendidius totius provinciæ decus, et ornamentum.

De concionatoribus eligendis inter sapientiores, qui tamen non mittantur in quadragesima cum regularis disciplinæ detrimento

§. 20. *Beati pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona;* Non evangelizantium se ipsos, aut evangelizantium mala. Innumera sane concionatorum multitudo; at non plurimi optimi sunt. Videant provinciæ patres, ne nimios in quadragesima concionatores assignent, cum regularis disciplinæ, et spirituali populorum detrimento. Pauci remanent in cœnobiis sacerdotes, pauciores confessarii, ideoque nec instituti functiones fiunt, nec fideles ad ecclesiam convenientes sacramentorum dispositione juvantur. Caveant etiam, ne nimia adversus concionatores indulgentia confirmet quidem vires corporis, aciem vero mentis obtundant, et charitatis ignem extinguant. Paullulum quietis ad aliquot ante quadragesimam dies ipsis permittere æquum est; integrum vero ad animi relaxationem mensem, et plerumque sacro ordinis vestri jejunii tempore, ipsis concedere videtur absurdum. Antequam prædicationem suam institueret, unus magister noster Christus quadraginta diebus, et quadraginta noctibus jejunavit, in solitudine mansit, oravit. Jugæ lacrymæ, et assiduæ preces nobis fundendæ sunt antequam verbum Dei cæteris ministremus, et dum evangelizamus caro nostra mortificatione configenda, ut laborum nostrorum fructum consequamur, et ne quum aliis prædicaverimus ipsi reprobii efficiamur. Meminerint igitur concionatores verborum regii psaltilis. *Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient*

cum exultatione portantes manipulos suos. Non inanis gloriæ, aut vanæ hominum existimationis, sed exantlati propter Deum laboris cupidi, et salutis animarum. Prædicent Jesum Christum, et hunc crucifixum. Sit sermo eorum, et prædicatio non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis. Quæ loquantur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Quæ ad quinquagesimalibus diebus cœnobiis, aut domo raro exeant, nihil cum indigentis, nisi necessitatis, charitatis, aut distincti officii gratia versentur. Quum extra cœnobia morantur, et sæculares nunquam invitent ad prandium, et potissimum mulieres, aut puellas, nec etiam in domum frequenter admittant; si quis vero feminas etiam una tantum vice invitet, aut sæpius admittat, ab officio concionandi esto illico ad triennium suspensus; si vero postmodum iterum deliquerit, ei apud populum dicendi facultas ne sit. Neque enim Cappuccinorum paupertas, et concionatoris officium patitur, aut parate convivium, aut cum feminis otium. Immo vero paupertatis memores paucis vivant de attributa concionantibus elemosyna, nec vero peculiare collectas per locum, aut domos faciant, nisi victus desit propter tenuitatem stipendii. Si quid vero ex elemosynis supererit, sciant, nihil sibi adjudicare sine speciali licentia, quovis prætextu posse, sed ad ordinem omnia spectare; qui vero contra faciant, pœnis contra proprietarios latis puniendi sunt. Diligenter considerent, se esse sapientibus, et insipientibus debitores, sicque propterea aptandas esse ad populi captum conciones, ut non aerem verberent, aut tumidi inflentur, sed fructum faciant, et se ipsos non perdant. Quare quæ verbo profert concionator moribus non contradicat, ut vere potens sit in opere, et sermone, suumque munus caste exercens Christi fideles ad Deum omnium patrem suaviter, fortiterque, vita, et voce alliciat. Atque huc multum conferret, si duo, aut tres optimi provinciæ concionatores junioribus præcepta traderent, quibus ipsi ad hoc munus sancte obeundum rite informarentur.

§. 21 Paucis alloquimur confessarios, hoc unum iis quæ jam toti nostræ diocesi in qua plura extant hujus provinciæ cœnobia, super hac re tradidimus, addentes nimirum sacerdotibus in hoc ministerio versantibus angelicis humeris formidando, nec solam

De confessariis.

pietatem sufficere, nec solam doctrinam, sed utramque sibi totis viribus comparandam. Qui bene morati sacerdotes sunt, nec docti, falsam, ut plurimum iavehant pietatem, multa perverse degerunt, plurima perperam movent, magisque nocent, quam prosint, quia ignorant. Docti, nec sancti in superbiam elati, in laqueum diaboli, et ex medicamine quod aliis prebeant venenum sibi parant mortiferum. Pietas igitur, et doctrina necessaria est pietas expressa, et sana doctrina: expressa pietas, quæ ex ferventi oratione, et jugi meditatione acquiritur: sana doctrina, quæ ducatur ex puris fontibus sacrarum scripturarum, ss. patrum, conciliorum, summorum pontificum, et optimorum scriptorum, qui hinc scientiam suam hauserunt. Si vere pii, et bene docti erunt confessarii, fideles certe habebantur ministri Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.

De clericis in disciplina, cœnobioque solitudinis exercitio edocendis.

§. 22. Clerici omni studio a superioribus alantur ad virtutem, ut sint olivæ fructiferæ in domo Dei, quæ ubere rem afferant fructum in tempore suo. Atque ad hanc rem multum sane faceret si duo præstiterentur in provincia exactioris disciplinæ cœnobia, quæ solitudinis seu recessus dicerentur, tum sacerdotibus qui spiritu renovari, aut arctiorem degere vitam peroptant, tum clericis ad duos post professionem annos aiendis. Res sane optima. Ad id superiorum arbitrio relinquimus, etsi ad hanc rem majorem in modum provinciam patres hortamur. Hoc autem constituimus, nimirum ut clerici completo, post professionem, biennio statim ad philosophiæ studium omnes admittantur, eisque pallium concedatur. Absurdum enim est clericos omnes pluresque juvenes sacerdotes ad sex, et amplius annos tempus perperam terere, nullo unquam studiorum genere occupatos. Lectorum autem munus sit eisdem non solum philosophicas disciplinas, sed etiam quæ veræ pietatis sunt, diligenter docere, ut dum intellectum humanis scientiis nutriunt, mente, et corde ferantur in Deum.

De numero laicorum, eorumque officio.

§. 23. Laicorum numerus nimius est. Neque enim necesse est ut exceptis majoribus cœnobiis, atque iis, in quibus aliqua opera ad provinciam spectantia a laicis exercentur, quatuor laici in quolibet cœnobio resideant: tres enim sufficiunt. Scilicet coquus, quæstor, et hortulanus, nisi quandoque justis de causis aliter fortasse toti definitorio expedire videatur: nam janitoris officium

a sacerdote exerceri decet non a laico, et qui cœnobio inservire debet, cœnobia domium et clausuræ custodem esse non convenit. Quamobrem ad annum saltem nullus laicus ad abitum admittatur: qui vero in posterum suspicientur, eos suavi indole, et docili ingenio decet esse instructos, ut quæ ad cœnobiorum pacem facere possunt, sectentur avidius, quæque instituti perfectionem attingunt, alacriori animo persequantur. Illud autem denuo urgeamus, quod jam ab excellentissimo nuncio apostolico Merlini 1742. de hac provincia constitutum fuit, ut nempe laici nunquam clericis in mensa præcedant, statimque post sacerdotes assideant clerici, et post ipsos laici. Si vero velint superiores ex apposita parte clericos mensæ assidere, ut eos præ oculis habeant, liceat, dummodo ex eadem parte laici etiam sedeant post clericos, neque sane aliter ulla unquam modo, aut tempore. Tam gravis enim hæc ratio non est, ut fas sit apostolicum decretum violare, aut liceat. Idem etiam servari mandamus in laicis exteris quibuscumque, quos nunquam volumus in mensa sacerdotum advenarum assidere, sed satis fuerit, si primi sedeant in mensa laicorum familiarum. Si quis autem superior contra jusserit, aut scienter permiserit, illico privatus officio suo habeatur. Atque hæc de laicis dicta sufficiant.

§. 24. Pauca de missionibus domibus. Non nisi probatoris vitæ sacerdotes, nec juniores, ad missiones mittantur, ne nimis animo evagentur, offendiculis capiantur, pietatem, et fervorem amittant, ac tandem regularem disciplinam, quæ parum ibi exercetur oderint, nec eidem assuescere in posterum valeant. Quamobrem mandamus, ut nullus sacerdos in missionibus plusquam triennio continuo maneat: deinde cœnobia petat, et post aliud triennium, iterum poterit si superioribus placuerit ad tantumdem tamen tempus mitri: si enim ibi esse bonum est, non semper aliquos eo frui, si vero malum, non semper eosdem tolerare, æquum est, aut permittendum. Id autem ita decernimus, ut integrum tamen sit provinciali, una cum definitioribus aliter quandoque præstituere, cum nimirum aliter gravis necessitas, aut spirituale populorum bonum, aut commodum postulaverit. Porro parochiales functiones nunquam missionarii, neque in suis ecclesiis faciant, nisi a parochis rogati: nunquam in proprio templo publicas

Demissionibus earumque forma.

functiones faciant, quo tempore parochiales functiones fiunt. Ad publicas supplicationes procedant una cum clero statim post eum, qui crucem parochialem praefert, neque alium sibi locum quovis praetextu, aut ratione adrogent. Immo vero vehementer curent missionarii servare pacem, et charitatis vinculum cum parochis locorum, ut una sit omnium voluntas, quemadmodum unus debet esse in omnibus agendi finis. In rebus publicis, et ad communitates pertinentibus ne se immisceant, sciantque sibi spirituali fidelium utilitati, non publicae temporalium rerum, ac rationum administrationi vacandum esse. Atque ita mores componant suos, ut omnibus exemplo sint bene, et pie vivendi. Hoc unum addimus, et decernimus, nullum videlicet in posterum petere posse ad feminas aditum in missionum domos, quia eas sub clauso ponimus, et declaramus sub iisdem canonicis poenis, quibus quaelibet regularium claustra per pontificias constitutiones afficiuntur.

Conclusio.

§. 25. Hæc sunt venerabiles fratres in Christo carissimi, ad quæ vobis tradenda et nostrum officium, et maxima in institutum vestrum observantia impulit, ut vera pax, et charitas in hac vestra florentissima provincia augeatur, eaque perfectior inter vos habeatur conjunctio, quæ juxta divinum Basilium, perfectam reddit religiosorum felicitatem: *Hic enim, ait, contentio, ac lites absunt: communita vero universa sunt, animæ sententiæ corpora, et ea, quibus corpora nutriuntur, et curantur. Communis Deus, commune pietatis negotium, communis salus, communita certamina, communes labores, orationes, corona. Multi unus, et unus non solus, sed in pluribus. Quid huic vitæ comparandum? Homines ex diversis generibus, ac regionibus nati ad tantam identitatis sinceritatem coaptati sunt, ut una anima in multis corporibus conspiciatur, et multa corpora unius animæ, et sententiæ instrumenta ostendantur. Qui infirmus est corpore, multos habet affectus ægrotantes: qui anima ægrotat, multos habet sanantes: Inter se mutuo æqualiter servi, æqualiter domini. . . . Quid cum hoc bono comparari potest? Ubi pater quidem unus imitans supernum parentem: filii vero multi benevolentia circa præsidem vincere se mutuo studentes. Revera ad talem phalangem etiam ipse diabolus desperat, non sufficiens ad tot certatores adeo compositos, ac per unum plausum congrega-*

tos, et ita testudine tectos, ut ictibus non pateant. Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum. Hactenus divus Basilus. Atque hæc est vita vestra, quam etiam annuntiamus vobis, ut in pace, et charitate crescatis quæ vinculum perfectionis est, quam semper in vobis sublimiorem vehementer cupimus, et certo futuram confidimus. Legatur hæc epistola semel saltem quotidie anno apud omnes fratres in provincia congregatos a cœnobiorum praesidibus, ne memoria extidat, quæ monuimus, aut quæ decrevimus non impleantur. At quid legatur? Frustra sane suscepti labores nostri inanes si diu expers fructus charitas erga vos omnes nostræ, nisi superiorum, accedat vigilantia. Muneri nostro, quantum fide situm in nobis, satisfacimus. Vestrum est provinciae patres, et cœnobiorum praesides urgere, ut quæ pro totius provinciae honore et spirituali religiosorum utilitate tradita sunt, custodiantur, et fiant. Quamobrem unumquemque superiorem verbis alloqui divi Bernardi ad Balduinum abbatem necessarium judicamus, ut nihil sit reliquum ad apostolicæ procuratoris nobis traditæ complementum. Memento, inquit, etiam voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud inquis? Ut opera tua verbis concinant, in vno vero operibus, ut cures videlicet prius facere, quam docere. sermo quidem vivus et efficax exemplum est operis, facile faciens suadibile, quod dicitur, dum monstrat factibile, quod suadetur. Ergo in his duobus mandatis verbi scilicet, atque exempli summam tui officii, ad conscientiae securitatem pendere intellige. = Sed finem imponant beati Petri apostoli verba: Vos igitur fratres præscientes custodite: ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. Crescite vero in gratia, et in cognitione Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi, Ipsi gloria, et nunc, et in diem æternitatis. Amen. Datum Taur. idib. aug. MDCLXXII. Franciscus archiepiscopus Taurinens. Visitator et delegatus apostolicus.

Casetti Canc.

✠ Loco sigilli.

§. 26. Volentes itaque quod ea, quæ tam solerti studio, et provida consideratione ad majorem dictæ provinciae utilitatem in eisdem decretis præscripta sunt, inviolabiliter perpetuo observentur, motu proprio, et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicæ potestatis plenitudine præinserta decreta cum omnibus, et sin-

Motus proprius quo decreta confirmantur.

gulis in eis contentis, et expressis apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, et perpetuæ firmitatis robur adiciamus.

Clausulæ salutares.

§. 27. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 28. Sicque et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus semper his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 29. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesima secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXG.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca instituti scientiarum civitatis Bononiæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**ommendatissima apud omnes cura in colligendis libris, ac bibliothecis instituendis, ubi præsertim literarum studia semper floruerunt, merito postulat, ac exigit, ut apostolicæ auctoritatis Nostræ partes in iis, quæ earundem bibliothecarum conservationem respiciunt, favorabiliter interponamus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni senatores assumpti instituti scientiarum nuncupati civitatis Nostræ Bononiensis, quod publica in eo extat bibliotheca librorum satis conspicuo numero referta, quam idcirco dicti exponentes conservare, et pro libris prohibitis in ea detentis, earum conscientia securitati, ac quieti consulere plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcum.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, ne de cætero præsidet dicti instituti, aut quisquam alius quavis auctoritate, vel superioritate, aut quovis privilegio, et officio fungens, ut cuiusvis status, gradus, et conditionis etiam expressam mentionem requirentis existat, libros, codices, scripturas, quinternæ, folia sive impressa, sive manuscripta, aliasque res, et picturas ad eandem bibliothecam spectantes, vel in posterum ei donandas, et assignandas, et in illius usum, commodum, et augmentum emendas, quibusvis personis commodare, aut lacere, deturpare, seu sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, et occasione a dicta bibliotheca asportare, seu ut commodentur, ac respe-

Censuræ prohibentes extractionem librorum, extenduntur ad codices, scripturas, folia sive impressa, sive manuscripta, et excommunicatio late sententia adversus contrafactientes uni summo Pontifici absolventur reservatur.

ctive lacerentur, deturpentur, atque extrahantur, et asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu praesumat, sub excommunicationis latae sententiae per contrafacientes eo ipso absque ulla declaratione incurrendae poenae, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium praeterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica tenore praesentium interdicimus, et prohibemus.

Permittitur enim nis bibliothecario, et vice-bibliothecario extractio librorum propter necessitatem, et commodum ipsius bibliothecae, in qua libros prohibitos retineri posse statuitur

§. 4. Permittimus tamen, ut bibliothecarius, et vice-bibliothecarius nunc, et pro tempore existentes dictae bibliothecae libros, aliaque praemissa ab ea extrahere libere, et licite possint, et valeant, dummodo extractio huiusmodi propter meram necessitatem sequatur, et de libris, ac rebus sic extractis dicti tantum bibliothecarius, et vice-bibliothecarius in commodum, et utilitatem ejusdem bibliothecae utantur. Praeterea, ut quicumque libri prohibiti etiam haereticorum, et haeresiarum, aliorumque reprobatorum auctorum etiam de religione, et contra religionem, et fidem catholicam expresse tractantes in dicta bibliotheca libere, et licite absque ullius censurae, et poenae ecclesiasticae, vel temporalis incursu retineri possint, ac valeant, auctoritate, et tenore praedictis permittimus, ita tamen, ut libri prohibiti huiusmodi clave clausi retineantur, nec unquam eorum lectio permittatur, nisi iis, qui opportunam ejus rei licentiam ab hac sancta Sede obtinuerint.

Derogatio contrariorum, et praecipuum de retinendo exemplari ad valvas bibliothecae.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volimus autem, quod praesentium Nostrarum exemplum in valvis dictae bibliothecae, ubi ab omnibus legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto,

CXCL.

Dat. die 15.
id. julii 1772.
Anno IV.

Suppressio locorum monachalium, seu claustralium, et cappellarum, et officiorum regularium ordinis s. Benedicti in Galliarum regno, cum opportunis ordinationibus.

Clemens Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In cathedra principis apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, religiosorum ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei sub sanctorum institutorum illustri vexillo militantium, prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, in his, quae paupertatis potissimum voti plenam observantiam respiciunt, sedulo intendimus, et si aliqua interdum per regularem collapsam disciplinam irrepant, quae tam eximii voti substantiam laedant, maximo religiosorum virorum perfectionem profitentium detrimento, ut in pristinum sanctitatis splendorem, quantum opitulante Domino fieri potest, iterum revocentur, pastorales officii nostri curas interponere nunquam cessamus.

Proemium

§. 2. Cum itaque charissimus in Christo filius Noster Ludovicus francorum et Navarrae rex christianissimus reverenter nobis exponi fecerit, quod quamvis sacrum concilium Tridentinum sessione xxv. de regularibus cap. II., ut paupertatis votum a regularibus exacte servaretur, districte praeeperit, nemini ipsorum licere bona immobilia, seu mobilia cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine conventuum possidere, vel tenere, sed statim ea superiori traderentur, conventuique incorporarentur: neque licere superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad usumfructum vel usum, administrationem, vel commendam, sed administrationem honorum monasteriorum, seu conventuum ad solos eorundem officiales ad nutum superiorum amovibiles pertinere: nihilominus a quamplurimis monachis, qui divi Benedicti regulam professi sunt, in suisque regnis degunt provida conciliaris dispositio minime servata fuit, neque servatur, et norma monachalis di-

Lamentationes regis francorum, et Navarrae de inobservato voto paupertatis a plurimis monachis divi Benedicti regulam professis.

sciplinæ cluniacensis amplius non retinetur, votumque realis paupertatis hæc de re fere obliteratum conspicitur, quia loca, et munia monachalia, sive cappellæ claustrales, aliaque officia regularia in titulum conferri, et possideri consueverunt, tam in monasteriis, in quibus viget conventualitas, quam in reliquis conventualitate carentibus; ex quo fit, ut major, quam par est, numerus monachorum monasteriis adscribatur, iidemque sub prætextu veniæ a superioribus pene per vim extortæ, extra claustra degant, et commorentur.

§. 3. Quapropter, gliscentibus jam tunc hisce malis occurrere satagens fel. record. Gregorius papa XV. prædecessor noster per suas literas apostolicas in forma Brevis datas Romæ apud sanctum Petrum die xvii. maji MDCXXI. pontificatus sui anno primo incipientes = Sacri apostolatus = In dictis regnis ex nonnullorum monasteriorum ordinis sancti Benedicti reformatione congregationem sancti Mauri nuncupandam erexit, ac demum voluit, ut eorundem monasteriorum officia claustralia suppressa et extincta essent, et censerentur, quatenus in ipsis reformatio hujusmodi vere et realiter introducta fuisset; sicque suppressa et extincta remanerent, donec et quousque reformatio hujusmodi in illis perdurasset; itaut in eventum illius cessationis officia prædicta in pristinum statum ipso jure reverterentur, atque ut prius in titulum conferri, et de illis eorundem monasteriorum monachi respective provideri deberent.

§. 4. In cæteris vero eorundem regnorum ordinis sancti Benedicti monasteriis, quorum monachi reformationi hujusmodi sese minime præstiterunt, persæpe illorum superiores regulares vigili cura irreptos ex collatione in titulum locorum, et officiorum claustralium abusus, et corruptelas monachali ordini dedecus, ac manifestam regulari observantiæ, et emisso paupertatis voto perniciem inferentes submovere, et eliminare exoptarunt, atque episcoporum opem, et auctoritatem adversus subditos ab obedientiæ et paupertatis emis- sis votis deflectentes exquisivere; sed quia ad servandam juris formam, et judiciorum methodum via ut dicitur ordinaria, diutina sustinenda erat litium molestia, ingentesque sumptus requirebantur, optatum fructum assequi minime potuerunt. Quare Nobis dicti Ludovici regis nomine fuit enixe supplicatum, ut hisce abusibus, et præva-

ricationibus promptum, absolutumque remedium supremæ nostræ potestatis vi adhibere dignemur.

§. 5. Nos igitur intelligentes, Ludovicum regem in ea consilia animum intendisse, quibus sanctissimæ virorum religiosorum leges pristinæ puritati restituantur, eo potissimum fine, ut populis sibi subjectis nova in dies imitanda accedant exempla, et catholica religio, ex cujus integritate sarta, tectaque servata publica regnorum optata tranquillitas plurimum pendet, firmioribus præsiidiis fulciatur: ideo eximiam ejus pietatem summis laudibus extol- lentes, ipsiusque votis perlibenter an- nuentes, omnia et singula loca monachalia seu claustralia, et omnes cappellas et officia regularia in cunctis et singulis monasteriis ordinis sancti Benedicti dictorum regnorum, quæ in titulum ad eorum vitam a monachis locorum et cappellarum, ac officiorum hujusmodi possessoribus obtinentur, aut in titulum obtineri, vel detineri consueverunt, eorumque titulum collativum, cum primum illa, et illorum singula ex monachorum eadem loca et officia in titulum obtinentium personis quovis modo, sive per obitum, sive per cessum, etiam ex causa permutationis, aut resignationem, vel dimissionem, quamvis in Nostris, et romani pontificis pro tempore existentis manibus factam, aut privationem vel amissionem, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem apostolicam vacaverint, etiamsi illorum collatio, et omnimoda dispositio ad Nos; et romanum pontificem pro tempore existentem quovis jure pertineret; ita quod eadem loca et officia ab hac ipsa die a monachis illa obtinentibus cedi, resignari, dimitti, aut permutari nequeant. Si vero ea ab illis peragi contigerit, tunc cessio, resignatio, dimissio, aut permutatio ad infrascriptum effectum peracta sit, et censeatur; ex tunc, et e contra apostolicæ potestatis plenitudine harum literarum Nostrarum serie vere et realiter in perpetuum supprimimus, et extinguimus.

§. 6. Illisque, et eorum singulis a Nobis, ut præfertur, suppressis, ac extinctis, etiam ex nunc, prout ex tunc, ac justa casus et eventus illorum vacationum omnia et singula bona, fructus, redditus et proventus, jura, et emolumenta quaecumque ad loca et officia hujusmodi, eorumque singula quomodolibet spectantia, in quibusvis rebus consistentia, et undecumque prove-

Novas providentiam ad rem opportuniorem, servandam sub poena immædiatæ suppressionis.

Assignatio bonorum venientium in suppressione.

Providentiam ad remoranda scandala a Gregorio XV. adhibita.

Abusum, et corruptelam eliminare satagerunt quoque et superiores regulares, et episcopi inu-tili tamen labore.

nientia mensæ conventuali singulorum monasteriorum, ad quæ ex locorum et officiorum hujusmodi institutione et fundatione illa pertinent, cum infrascripta declaratione, harum quoque literarum Nostrarum vigore unimus, annectimus et incorporamus, atque applicamus et appropriamus; declarantes tamen quod si monasteria prædicta, in quorum mensarum conventualium favorem cessuræ erunt unio et applicatio præmissæ, fuerint in commendam apostolica auctoritate concessa, aut commendari soleant, sed nihilominus in iis observantia claustralis servetur; tunc, et in hisce casibus dictorum locorum monachalium et cappellarum et officiorum hujusmodi bona et redditus mensæ claustrali, et conventuali, seu prioratibus, in quibus viget conventualitas seu claustralitas, applicata sint, et esse censeantur; si vero in monasteriis ipsis, ut præfertur, commendatis nulla insit, neque servetur conventualitas, aut claustralitas, tunc atque in hoc sane eventu mensæ singulorum monasteriorum in commendam concessorum, eorumque titulis adnectantur et incorporentur, ita quod liceat dictorum monasteriorum nunc et pro tempore existentibus abbatibus regularibus, ac in præmissos casus et eventus abbatibus commendatariis, seu prioribus, vel aliis superioribus eorundem monasteriorum quovis nomine nuncupatis, eorum ac mensarum conventualium respective nomine, contingentibus casibus vacationum dictorum locorum monachalium, et cappellarum ac officiorum hujusmodi, veram realem et actualem possessionem eorundem locorum, et cappellarum ac officiorum, illorumque bonorum et reddituum omnium propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere, redditusque hujusmodi, supportatis et adimpletis oneribus, si quæ illis sint adnexa, in mensarum conventualium seu claustralium, vel deficiente conventualitate, in monasteriorum utilitatem, et usum juxta canonicas sanctiones convertere.

Omnes efficere literas declaratur, et etiam illos qui speciali privilegio donati sunt, et expressam expectare debeant mentionem.

§. 7. Præsentes autem literas, etiam ex eo quod quicumque interesse habentes seu habere prætendentes, ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, expressæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomo-

dolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, ea-que omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, aut alias quodcumque, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis minime comprehendi, sed ab illis semper exceptas esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari; sicque in præmissis ab omnibus censi, atque ita per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, vel potestate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari et definiti debere, irritumque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 8. Non obstantibus quatenus opus sit Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de suppressionibus, ac unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Symmachi, et Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, nec non Innocentii IV., Sixti etiam IV., Innocentii VIII. circa exemptos editis, ac Pii IV. de gratiis interesse cameræ apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, et insinuandis, aliisque apostolicis quoruncumque romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, ac etiam in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis in favorem dicti ordinis sancti Benedicti, illiusque officiorum, ac super juribus ejus monachis competentibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; necnon ejusdem ordinis sancti Benedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; reformationibus, usibus, stylis, et naturis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis dicto ordini, ejusque congregationibus, etiam in limine fundationis, et approbationis per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem,

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

vel alios quoscumque, et quacumque dignitate vel auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine forsitan iteratis vicibus concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris; ad effectum validitatis, et executionis, ac perpetuæ firmitatis earundem presentium, ac præmissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat harum serie derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda
transumptis.

§. 9 Ad hoc autem, ut eadem presentibus literæ amplius innotescant, et de eis in singulis locis, in quibus opus erit, fides commode fieri possit; volumus, quod ipsarum transumptis, etiam impressis, caractere alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem presentibus abhiberetur, si originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, tertio idus julii pontificatus Nostri anno quarto.

CXCII.

Datum die 20.
juli 1772.
Anno IV.

Unio, et incorporatio honorum alias a Petro Ciardi donatorum monasterio sancti Antonii Viennensis pro hospitali sanctæ Mariæ Laicorum civitatis Amerinæ.

Venerabili fratri episcopo Amerinensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **N**uper pro parte tua, et dilectorum filiorum antianorum civitatis Nostræ Amerinensis, nec non prioris, et officialium hospitalis sanctæ Mariæ Laicorum nuncupati dictæ civitatis, expositum Nobis fuit, quod alias tum in humanis agens quondam Petrus Ciardi civis amerinus publico instrumento die xii. februarii MDV. desuper confecto dedit, donavit, et concessit monasterio sancti Antonii de sancto Antonio ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis, et illius religioni, ac pro illius dote, et aliorum infra expressorum, omnia sua bona mobilia, et immobilia injunctis tamen nonnullis legatis et oneribus. Præ cæteris vero idem Petrus mandavit, ut hospitale per ipsum incæptum in civitate Amerinensi dicta sub vocabulo, seu invocatione sancti Leonardi perficienda, atque apostolica auctoritate erigendum esset in præceptoriam sub invocatione sancti Antonii Viennensis diocesis, cum omnibus bonis, et rebus pro hospitalitate, et ea conservanda necessariis, et opportunis pro usu pauperum, et infirmorum medicina in præceptoriam igni seu morbo terribili divi Antonii detentorum, et omnium illorum in eo convenientium; atque insuper voluit quod Joannes Ripariæ canonicus memorati monasterii sancti Antonii Viennensis auctoritate apostolica, seu per abbates dicti monasterii nominandus, et eligendus esset in præceptorem ejusdem præceptorie; quodque tam ipse, quam alii pro tempore existentes dictæ præceptorie erigendæ præceptores de omnibus illius bonis, eorumque fructibus, redditibus, et proventibus pro rebus necessariis, et aliis oneribus eidem præceptorie erigendæ convenientibus, ac in suos, et pauperum, ac miserabilium personarum pro tempore degentium, et confluentium ad illam usum, utilitatem, et susten-

Memoratur donatio expleta a Petro Ciardi, et quibus legibus, et conditionibus expleta fuerit.

tationem juxta dicti donantis intentionem, et plenam voluntatem disponere, et ordinare libere, et licite valeret, ac alias prout in dicto instrumento præfatis die, et anno, ut præmittitur, confecto per acta Ugolini Ser Nicolai, notarii, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

Quid supra
nam statuerit
Julius papa II.
referatur.

§. 2. Postmodum per felicis recordationis Julium pp. II. prædecessorem Nostrum erecta dicta præceptoriam, et ab illius erectione vacante, idem Julius prædecessor decimo septimo kalendas aprilis pontificatus sui anno II. memorato Joanni Ripariæ canonico dicti monasterii sancti Antonii Viennensis eandem præceptoriam concessit; sed priusquam præfatus Joannes literas apostolicas desuper expediret, dictam præceptoriam in manibus ejusdem Julii prædecessoris sponte, ac libere cessit, qua secuta, et admissa cessione, tum existens abbas nomine etiam conventus dicti monasterii sancti Antonii de s. Antonio Viennensis diœcesis una simul eidem Julio prædecessori humiliter supplicarunt, ut præceptoriam prædictam mensæ ejusdem monasterii unire, annectere, et incorporare dignaretur. Ipse vero Julius prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus dictam præceptoriam uti pariter a prioræva ejus erectione vacantem cum omnibus juribus, et pertinentiis suis duodecimo kalendas aprilis pontificatus sui anno tertio eidem mensæ univit, annexit, et incorporavit, ac præterea voluit, quod per unionem, annexionem, et incorporationem prædictas, eadem præceptoriam debitis non fraudaretur obsequiis, sed ejus congrue supportarentur onera consueti.

Attento ipsius
Pontificis obitu,
literæ expeditæ
fuerunt a Leone
Pontifice X., ut
Julii II. voluntas
suum sortiretur
effectum.

§. 3. Quia vero superveniente obitu ipsius Julii prædecessoris literæ apostolicæ desuper confectæ non fuerant, hinc rec. me. Leo pp. X. prædecessor quoque Noster per suas sub plumbo in forma rationi congruit anno incarnationis Dominicæ MDXII. quarto decimo kalendas aprilis expeditas literas mandavit, ac decrevit, ut unio, annexio, et incorporatio, atque voluntas ejusdem Julii prædecessoris suam sortirentur effectum perinde, ac si super illius literæ confectæ fuissent, et alias prout in memoratis dicti Leonis prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus plenius continetur. Quamquam vero

earundem literarum vigore prædictus conventus monasterii sancti Antonii de sancto Antonio Viennensis per suum procuratorem die xxiv. martii MDXIX. adeptus fuisset realem, et actualement possessionem dictæ præceptoriam, ut præfertur, unitæ, ac incorporatæ, eidem mensæ abbatiali, et alias prout in instrumento die, et anno prædictis desuper confecto per acta Hieronymi Hanrii notarii Amerinensis cujus pariter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

§. 4. Nihilominus in visitatione apostolica dictæ præceptoriam, seu hospitalis sancti Antonii Viennensis anno deinde MDLXXIV. a bo. me. Camajano tunc episcopo Amerinensi peracta compertum fuit, quod hospitalitas a memorato Petro donatore volita, parum, aut nihil ibidem observabatur, duæque tunc extabant mansiones quasi subterraneæ cum duobus lectis satis vilibus magis proportionatis ad ostentationem servandæ hospitalitatis, quam pro commoditate pauperum, qui rarissime, aut nunquam excipiebantur, ita ut usque tunc animadversum fuerit, quod cum nullum inde proveniret emolumentum pauperibus civitatis, et diœcesis Amerinensis, neque notabile fieret præjudicium monasterio, seu abbatiæ sancti Antonii Viennensis, hinc administratio patrimonii ipsius Petri donantis apostolica auctoritate converti poterat in alios pios, ac necessarios usus, et præsertim in hospitalitatem debere servandam pro projectis infantibus, ac aliis pauperibus tam infirmis, quam sanis corpore miseria oppressis, uniendo ad invicem hospitale Laicorum, et alterum sancti Antonii habentia ædes conjunctas, assignata annua recognitione, vel censu eidem abbati monasterii sancti Antonii Viennensis, ac alias prout in decreto die tertia decembris ejusdem anni MDLXXIV. a dicto episcopo, et visitatore apostolico edito, quo etiam sub nonnullis pœnis hospitalitas in posterum rite, ac recte ibidem servanda præscripta fuit, plenius continetur.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, neque modo hospitalitas, in dicta præceptoriam, seu hospitali sancti Antonii ullo pacto servetur, quin imo ex duobus lectis, qui, ut profertur antiquitus ibidem detinebantur, neque unus hodie reperiatur, ejusque domus locata, et ecclesia diebus etiam festis clausa sit, ac raro sacro-

Peracta postmodum visitatione apostolica piam fundatoris voluntatem fraudatam fuisse apparuit.

Alia incommoda exponuntur, quæ in dicto hospitali verificabantur.

sanctum missæ sacrificium in ea celebratur; e contra vero dictum hospitale sanctæ Mariæ Laicorum exercendæ admissim hospitalitatis causa ære alieno pro comparandis lectis, aliisque mobilibus, et expensis peragendis tempore præsertim præteritarum penuriarum contracto, gravatum ita dignoscatur, ut non sine maximo infirmorum, ac pauperum damno, illud clausum reddere omnino necessarium sit, hinc dicti exponentes, ne gravissimum hoc præjudicium tot pauperibus inferatur, et ne hospitalitas adeo enixe a Petro donatore prædicto volita penitus in eadem civitate deficiat, dicti donatoris bona nunc pro annuis scutis biscentum septuaginta, demptis oneribus locata, eorumque fructus modo percipi solitos a congregatione, et canonicis sancti Antonii Viennensis de Urbe, quemadmodum dictus episcopus Camajanus, ut præfertur exoptabat, aliqua statuta quantitate annuatim solvenda congregationi, et canonicis præfatis, memorato hospitali sanctæ Mariæ Laicorum per Nos uniri, et applicari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 6. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis desuper informationibus opportunis, ac juribus hinc inde deductis fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut Nostro nomine fundos, et proveniunt omnes legati, seu donationis dicti Petri Ciardi modo detentos, ac respective perceptos per congregationem, et canonicos sancti Antonii Viennensis de Urbe hospitali sanctæ Mariæ Laicorum dictæ civitatis Amerinensis, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium unias, adnectas, et incorpores; simulque eidem hospitali onus quolibet anno in perpetuum solvendi scuta septuaginta monetæ libera, et prorsus immunia ab omni onere in prædictæ congregationis commodum et favorem imponas, statuas, et pari auctoritate præscribas.

§. 7. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plena-

rios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinariorum, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere; ac irritum et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstante dicti Petri donatoris etiam ultima voluntate, cui quoad præmissa sufficienter, et expresse derogamus, et Nostra ac cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, et de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac eorundem Julii, et Leonis prædecessorum Nostrorum, et quibusvis apostolicis, nec non in synodalibus provincialibusque ordinationibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specifica expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum mentio, seu alia quævis expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Cuius iudici aliter iudicandi tollitur potestas.

Contrariis derogatur.

Omnibus occurrunt necessitatibus, imperata unione hospitalis, cum monasterio s. Antonii Viennensis de urbe.

Clausula salutaris.

Datum die 28,
juli 1772,
ANNO IV.

CXCIII.

Declaratio super regulari clausura pro modernis abbatibus, et monachis sanctissimæ Trinitatis Cavensis ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis provinciæ Capuanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio præcui.

§. 1. **E**xponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Cajetanus Battilo modernus abbas, et monachi monasterii sanctissimæ Trinitatis Cavensis ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis provinciæ Capuanæ, quod ad monasterium prædictum, ejusque separatam territorium pertinet unum hospitium cum sua ecclesia sub invocatione beatæ Mariæ virginis de Obedientia nuncupatæ situm in pertinentiis oppidi, seu loci de Vietri Cavensis diœcesis atque proximum civitati Salernitanæ: in hoc itaque hospitio tam pro tempore existens cellerarius ejusdem monasterii quam duo laici, seu commissi continuo commorantur; ac propterea abbates, et monachi dicti monasterii ad idem hospitium tamquam ad locum salubrioris cœli in dies se conferunt, vel propter passas infirmitates, aut etiam pro pertractandis negotiis ipsius monasterii, et ut omnia quæ ad ejus usum necessaria sunt illi valeant ibi comparare. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, aliquo ab hinc tempore abusus irrepserit admittendi in memoratum hospitium nobiles mulieres, eisque victum et habitationem plurimum etiam dierum spatium suppeditandi, ita quidem ut plerumque evenire soleat quod earum habitationis causa tam abbas, quam monachi prædicti ab hospicio hujusmodi exire coacti, illius commodo uti minime possint, nec qualitati loci conveniens videatur, quod prædictæ mulieres ab aliis etiam associatæ ibidem reperiantur, ac vivant, dicti exponentes, quo ejusmodi abusus deinceps tollatur, et monachorum quieti consultum sit, opportune in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio clausuræ.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi

volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratiâ absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinâti præfatum hospitium regularem clausuram auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium declaramus, atque mulieribus ingressum in eo sub pœnis contra violantes clausuram per sacros canones, et constitutiones apostolicas impositis auctoritate et tenore prædictis interdiciamus, et prohibemus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et defendere debere; ac irritum et inane si secus super his a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula salutaris.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti ordinis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava juli millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

Datum die 5.
augusti 1772,
Anno IV.

CXCIV.

Erectio episcopatus in civitate Secusii in regno Sardiniae, facta ex bonis jam ad abbatiam nuncupatam s. Justi pertinentibus.

Clemens episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **Q**uod Nobis votis omnibus optandum, et enixis precibus exorandum erat, ut dominus messis mittat operariis in messem suam, ne ipsis deficientibus, uberrimae, quae in agro Domini in dies concresecunt segetes saepe aliquando jam jam maturae humi jaceant putrescentes, id quidem accidisse plurimum in Domino laetamur, dum illorum numerum augeri videmus, qui in partem solitudinis Nostrae vocati, hanc messem per sedulam ipsorum operam in aream dominicam prospero tandem eventu collocent. Proindeque Nos, qui caelestis patris familias vices gerimus in terris, et ejus vestigia quantum Nobis desuper conceditur sectari studemus, ubi primum Nobis se offert occasio adaugendi numerum fidelium dispensatorum mysteriorum Dei, quorum ope magis, magisque divinus promoveatur cultus, animarumque adjuvetur salus per alicujus novae Sedis episcopalis institutionem protinus regiae pietati illam potissimum exposcenti prompto, alacrique animo indulgere non omittimus.

§. 2. Non ita pridem nomine carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniae regis illustris per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis Simeonem comitem de Rivera, magnae crucis equitem, ac perpetuum commendatarium incliti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium Nobis fuit significatum, ad populi, et cleri spirituales utilitatem, et profectum nimis opportunum, imo necessarium fore, ut ex monasterio abbatia nuncupato sancti Justi oppidi civitatis nuncupati Secusii nullius diocesis provinciae Taurinensis, quod per liberam dilecti filii Petri Joachimi Caisotti presbyteri illud in commendam ex concessione, et dispensatione apostolicis obtinentis cessionem in manibus Nostris sponte factam, et per Nos admissam, ab abbatibus est

regimine destitutum unus episcopatus institueretur.

§. 3. Nos ad servandum probatum in similibus morem, dilectum filium Nostrum Karolum Victorium Amadeum tituli sanctae Praxedis Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem a Lanceis nuncupatum selegimus, ipsique commisimus, ut integre hoc negotium expenderet, interesse habentes requireret, totiusque propositae rei plenariam relationem ad Nos remitteret.

§. 4. Cumque idem Karolus Victorius Amadeus cardinalis, cujus summa fides, et in ecclesiasticis rebus studiosa cura est abunde perspecta omne, quod in mandatis habuit, rite perfecit, atque ex illius relatione, et authenticis documentis ad urbem transmissis cumulate nobis compertum fuerit, quod oppidum civitas nuncupatum Secusii illustris, perantiquum munitissimum Italiae ostium, ac peramplae provinciae caput, una cum lectissimorum militum statione, quinque millibus circiter habitatoribus est refertum, regii inibi ministri tum juridico, tum militari, tum aëconomico regimini praesidentes assidue resident, nec publicae desunt bonarum artium scholae ad juventutem scientiis imbuendam, duoque patent ad infirmorum confugium nosocomia; in spiritualibus vero nulli subest episcopo, sed in eodem oppido, integroque territorio abbas dicti monasterii ordinis sancti Augustini canonicorum regularium congregationis Lateranensis perpetuus commendatarius jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem exercet.

§. 5. Illius insuper decori haud modicum accessit augmentum quam felicis recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster, deficientibus canonicis regularibus, qui idem monasterium olim incolebant, eam ecclesiam in saecularem, et insignem collegiam sub invocatione sanctae Mariae; ac sanctorum Justi martyris, et Mauri, abbatibus, atque in ipsa quatuor dignitates principalem nimirum archidiaconatum, archipresbyteratum, praeposituram cum ei unita animarum parochianorum cura, et thesaurariatum, nec non quatuordecim canonicatus, totidemque praebendas, quorum duabus munera theologi, ac poenitentiarum sunt addicta, et quatuor mansionarias, etsi ob reddituum defectum ad duas modo redactas per suas apostolicas literas crexit, aliisque gratis honestavit.

§. 6. Redditus vero ejusdem monasterii licet ad florenos tantum tercen-

Negotium expendendum committitur Karolo Victorio Amadeo cardinali a Lanceis.

Innotuit hinc Secusii civitatem peramplam, et perillustris esse.

Insignem habet collegiam, cum quatuor dignitatibus, quatuordecim canonicatibus, totidemque praebendis.

Et redditus monasterii idonei reperit

Karolus Emmanuel Sardiniae rex episcopatus novi erectionem implorat pro spirituali profectu populi, et cleri.

aunt pro men-
sa episcopali.

tos in libris cameræ apostolicæ taxati reperiantur, nihilominus ad quatuordecim mille libras circiter monætae illarum partium annuatim ascendunt. Ob has itaque rerum circumstantias media non deesse viderentur, ut aliqua tandem inibi desinerent detrimenta, quæ deficiente proprio residente episcopo, oriri soleat, et præcipue cleri educationi, ac profectui consuleretur.

Consultur ne-
cessariæ am-
pliationi terri-
torii.

§. 7. Sed quia solius territorii ejusdem monasterii in diocesim assignatio ad episcopalis ordinis decorem non satis ampla videretur, ideo de futura diocesis amplificatione, et de similibus commodis, aliis quoque interminis, et adjacentibus locis procurandis cogitatum fuit. Etenim cum territorium Secusioi monasterii qua versus solis occasum vergit, limitrophum habeat aliud territorium similis monasterii abbatiae etiam nuncupati sanctorum Petri, et Andreae de Novalitio nullius pariter diocesis, ejusdem provinciae tria loca, idest Novalesa, Venaux, et Ferriere completens, in quibus illius abbas perpetuus commendatarius jurisdictionem itidem quasi episcopalem exercet; cumque dilectus pariter filius Petrus Antonius Sineo presbyter modernus abbas perpetuus commendatarius secundodicti monasterii superiori anno ad munus suum exquendum pastoralis visitatione dicta tria loca perlustrasset, graviaque detrimenta in eisdem locis ob deficientiam proprii episcopi obtingentia cognovisset, speciali syngrapha, quæ inter acta ad Nos ab ipso Karolo Victorio Amadeo cardinali, et delegato transmissa referatur, in ipsius Karoli Victorii Amadei cardinalis, et delegati manibus, aliquibus tamen præ eminentiis, et juribus in eadem syngrapha enunciatis sibi reservatis, ordinariæ quasi episcopali jurisdictioni in tribus locis præfatis ad sequentium effectum ultro in futurum cessit, ex iisdem itidem actis ab ipso Karolo Victorio Amadeo cardinali, et delegato ad Nos transmissis patet oppidi Secusii ab uno latere proximas esse tres valles de Bulx, Bardoneche, et Sezana denominatas, in quibus extant infrascripta loca, nimirum Chaumont, Bardoneche, Exilles, Arnaud, Salbetram, Meleset, Pulx, Deserte, Sauxe d'Oulx, Fenil, Savoulx, Cesane, Chateau, Beolard Bousson, Beolard Thuress, Milauries, Rochemoles, Sauxe de Cesane, seu sancta Restituta sub regimine oppidi Secusii in temporalibus comprehensa, et in spiritualibus præposituræ de Oulx subjecta modo ad diocesim

Pinaroliensem pertinentia, ab altero vero latere quatuor terras a spirituali alterius monasterii abbatiae pariter nuncupati sancti Michaelis de Clusa nullius etiam diocesis provinciae prædictæ jurisdictione dependentes Vajes, s. Antonino, Chiusa, et sancto Ambrogio dictas ita adhærere, ut ferme intra territorium Secusianum protendantur, cumque easdem valles a reliqua Pinaroliensi diocesi longa intersecet series montium, qui illarum habitatoribus hyemalis præsertim tempore nisi per longa itinera transitum vetant ad Pinaroli civitatem, nec non quatuor enunciatae terræ spirituali jurisdictioni monasterii sancti Michaelis de Clusa subjectæ valde proximæ sint territorio Secusio; idcirco quando illi novus episcopus præficiatur, congruum nimis, ac opportunum videtur, ut ejus pastoralis sollicitudo, ad ipsas tres valles, et quatuor enunciatas terras porrigatur.

§. 8. Horum omnium relatione rite percepta per dilectum filium magistrum Petrum Mariam Nigronum congregationis consistorialis, et venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalium collegii, et secretis, qui etiam nobis authographa consensuum tam a venerabili fratre Nostro Francisco Lucerna Rorengo de Rorà archiepiscopo Taurinensi, quam a dilectis filiis capitulo, et canonicis tam metropolitanæ ecclesie Taurinensis, quam dictæ collegiatæ ecclesie, ac a Petro Antonio abbate commendatario præfatorum exhibuit, singulisque rerum circumstantiis mature pensatis, erectionem novi in ea regione episcopatus summo opere necessariam, atque utilem esse intelleximus.

§. 9. Et statim omnipotenti Deo, quod eidem Karolo Emmanueli regi ita religiosos, piosque animi sensus in subditorum felicitatem velut effuderit, gratias retulimus; deinde vero de adversa ejus valetudine certiores facti assiduis, enixisque precibus Dominum dominantium obsecramus, quod læta faustaque omnia ei largiendo, ipsum in primis sospitem, ac prospera florentem valetudine regno, dominiisque suis restituat, ut prioribus meritis recentia in dies, atque uberiora cumulare pergat. Votis igitur ejusdem Karoli Emmanuelis regis libentissime obsecundare studentes, dictum monasterium sancti Justi, ejusque titulum collativum, et qualitatem regularem, ita ut illud de cætero in titulum, seu commendam conferri, vel concedi nequeat, ac regulare esse

Accedunt consensus episcopi Taurinensis, et canonicorum ecclesie metropolitane ipsius civitatis, ut erectio fieri liberius possit.

Auctoritate apostolica erectio episcopatus decernitur et abbatia s. Justi supprimitur.

desinat, nec non collegialitatem in præfata ecclesia sanctæ Mariæ, ac sanctorum Justi, et Mauri ad infrascriptorum effectum penitus respective supprimimus, et extinguimus, atque ordinariam quasi episcopalem jurisdictionem in tribus locis prædictis a secundo monasterii illius abbate commendatario, attributis tamen ei infrascriptis juribus, et præeminentiis, abdicamus, et sejungimus. Itaque ex nunc, sed quoad effectum statim ac ecclesia Pinaroliensis quovis modo vacaverit, et dicti monasterii sancti Michaelis commenda cessaverit, seu venerabilis frater Noster Karolus Albertus episcopus Ostiensis, et Veliternensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Guidobono Cavalchini nuncupatus ejusdem monasterii sancti Michaelis commendatarius, aut venerabilis etiam frater Noster Joannes Baptista de Orilliè a sancto Innocentio episcopus Pinaroliensis favore novi episcopatus Secusini, quatenus eis ita fuerit opportunum, respective præstiterit assensum, supradictas tres valles cum enunciatis locis intra illas extantibus in diocesi Pinaroliensi complexas, quatuorque etiam terras supra enumeratas in spiritualibus ab eodem monasterio sancti Michaelis dependentes ab ordinaria præfatorum episcopi Pinaroliensis, et abbatis commendatarii monasterii sancti Michaelis ecclesiastica jurisdictione tantum, sed salvis episcopi, et abbatis præfatorum dominio, et juribus temporalibus, apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus separamus, dismembramus, segregamus, et dividimus; iisque peractis, oppidum Secusii in civitatem episcopalem Secusinam nominandam cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali Sede insignitæ, earumque cives utuntur fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

§. 10. Dictamque ecclesiam antea collegiatam sub eisdem sanctæ Mariæ, ac sanctorum Justi, et Mauri invocationibus in cathedralem cum suis capitulo, dignitatibus, et canonicis, ac in ea Sedem episcopalem pro uno episcopo Secusino nuncupando, qui ipsi ecclesiæ, ac civitati, et diocesi Secusinæ, ut infra assignandæ præsit, omnemque supra loca, res, personas, ac etiam abbates inferiores, et prælatos, salvis tantum quoad abbatem monasterii de Novalitio infrascriptis præeminentiis, episcopalem ordinariam jurisdictionem, ac omnia pariter, et singula jura, of-

ficia, et munia episcopalia habere, et exercere libere, ac licite possit, et valeat cum suis clero, sigillo, arca, mensa episcopali, ac pontificalibus insigniis, nec non juribus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ, earumque præsules, et capitula, dignitates, et canonici quomodolibet, non tamen titulo oneroso, vel ex indulto, ut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, ita quod archidiaconatus post pontificalem major, archipresbyteratus secunda, præpositura, cui animarum parochianorum cura, ut antea immineat, tertia, ac thesaurarius quarta inibi dignitates, et quatuordecim canonicatus non amplius collegiatæ, sed cathedralis ecclesiæ Secusinæ capitulum existant, et constituent, atque in ea chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur cum eisdem insigniis, nec non omnibus, et singulis mensæ capitularis, singularumque præbendarum queribus, bonis, fructibus, redditibus, et proventibus, ac emolumentis quibuscumque eidem mensæ capitulari, singulisque personis competentibus ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam perpetuis futuris temporibus harum serie erigimus, et instituimus.

§. 11. In novi autem episcopatus Secusini diocesim juxta id, quod dictus Karolus Victorius Amadeus cardinalis, et delegatus proposuit ex nunc, civitatem ipsam Secusinam ubi novus episcopus semper residebit, ac territorium, et loca omnia ad ordinariam ecclesiasticam suppressi monasterii sancti Justi jurisdictionem pertinentia, atque, ut infra denominata, et recensita videlicet Foresto, Chianoco, Bossoleno, Bruzolo, san Giorio, Borgone, Villafocchiardo, Cordove, s. Evasio e Monpantero, Chiavrie, Mocchie, s. Mauro, Frasinere, Rubiana, Celle, Gravere, Novaretto, Mattie, Almese, Giaglione, Villar presso Almese Meana, nec non salvis tamen supra expressis conditionibus prædicta tria loca, nimirum Novalesa, Veneaux, et Ferriere cum eorum terminis, et confinibus, ac omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, parœciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in dicta civitate Secusii, et prædictis locis existentibus, et com-

Residentia episcopi præfinitur in civitate Secusii, et inde episcopatus Secusinus constituitur.

Ecclesia collegiata in cathedralem erigitur.

morantibus, itaut civitas Secusina, et loca præfata cum suis terminis, et confinibus novo, et pro tempore existenti episcopo Secusino subjecta sint, prout hæctenus abbati commendatario monasterii sancti Justi, ut præfertur, suppressi, et respectivo abbati commendatario alterius monasterii sanctorum Petri, et Andreæ subjecta fuere, auctoritate præmissa concedimus, et assignamus.

Consultur successoribus abbatie s. Justi suppressæ, eis quoque necessaria jura reservantur.

§. 12. Ut autem dictus Petrus Antonius, ejusque successores monasterium sanctorum Petri, et Andreæ prædictum pro tempore obtinentes etiam post præmissam cessionem iis polleant prærogativis, quas congruas esse duximus, illis infrascripta jura præservamus, et quatenus opus sit, ex integro impertimur. Primo, quod abbati ejusdem monasterii, ejusque successoribus tamquam dominis jurisdictionis temporalis dictorum trium oppidorum de Novalitio, Venaux, et Ferriere illæsa remaneat. Secundo, quod jurisdictionis, et quodlibet aliud jus intrascriptæ ecclesiæ abbatialis tantum ipsi quoquomodo competens, reservatum pariter existat. Tertio, quod abbas ejusdem monasterii, ejusque successores a quacumque ordinaria etiam futuri episcopi Secusini subjectione exempti sint, atque immediate sanctæ Sedi subsint, prout hujusmodi prærogativa hæc usque sunt potiti, et eadem quoque exemptione fruatur ecclesia abbatialis de Novalitio cum omnibus, et quibuscumque indultis, et privilegiis illi alias concessis. Quarto, quod abbatibus commendatariis pro tempore monasterii de Novalitio illæsa remaneant omnes præminentia, facultates, insignia, tituli, prærogativæ, ac usus quoque pontificalium in propria tantum ecclesia ejusdem monasterii sanctorum Petri, et Andreæ, quatenus eis legitime competierit. Quinto tandem, quod favore abbatum pro tempore monasterii de Novalitio integri servantur omnes fructus, proventus, et emolumenta cujusque qualitatis, et quantitatis existerint, illis tantum exceptis, quæ jurisdictionem futuro episcopo Secusino cessam consequuntur, eademque ab omnimoda erga quemcumque ordinarium, ac etiam erga novum episcopum contributione exempta remaneant, salvis tamen juribus, sique parochis ratione congruæ, aut aliis competentibus non sit derogatum. Porro in ejusdem Secusinae diocesis ampliationem, et ad occurrendam incolarum vicinorum locorum spiritualibus indigentis etiam ex nunc, sed quoad effectum in supra

expressos eventus, supradictas tres valles de Oulx, Bardoneche, et Sezana, et enunciata oppida videlicet Chaumont, Bardoneche, Exilles, Arnand, Salbeltram, Meleset, Oulx, Deserte, Sauxe de Oulx, Fenil, Savoulx, Cesane, Chateau, Beolard Bousson, Beolard Thures, Milauries, Rochemoles, Sauxe de Cesane, seu sanctæ Restitutæ completentes, quæ modo de diocesi Pinaroliensi existunt: nec non supra pariter dicta quatuor loca, idest Vajes, s. Antonino, Chiusa, et sant' Ambrogio præfato monasterio sancti Michaelis subjecta, quæ Nos, ut præfertur a diocesi Pinaroliensi, atque a jurisdictione dicti monasterii sancti Michaelis, ut præfertur, respective dismembravimus, in ejusdem quoque episcopatus Secusini de novo erecti diocesim attribuimus quoque, et impertimur.

§. 13. In ipsis autem civitate Secusina, et diocesi tam ex nunc, quam post præmissos eventus assignata novus, et pro tempore existens Secusinus episcopus omnem ordinariam episcopalem jurisdictionem, atque illam ordinis, ut vocant, in personas tam sæculares, quam ecclesiasticas, et ad formam tamen decretorum concilii Tridentini, apostolicarumque constitutionum etiam regulares, nec non in ecclesias, monasteria, et loca pia quæcumque, prout aliis episcopis competit, libere, et absolute exercere valeat, et exercent, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Secusinae tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum apostolica auctoritate præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem omnimodi juris diocesani in dicto oppido in civitatem episcopalem erecto, ac in locis modo, et post præmissos eventus in diocesim assignatis vigore literarum apostolicarum provisionis de sua persona in episcopum Secusinum libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere cujusvis licentia minime requisita, eidemque episcopo Secusino pro tempore existenti quæcumque, et quæliacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica quomodolibet nuncupata, etiam canonicatus, et præbendas, ac dignitates, non tamen post pontificalem majorem in dicta cathedrali ecclesia Secusina in civitate, et diocesi hujusmodi consistentia, iisdem modo, et forma prout ad abbates commenda-

Episcopo Secusino ordinario conceditur jurisdictionis ad tramites decretorum concilii Tridentini, et collatio beneficiorum juxta regulam cancellariæ.

tarios, et ad episcopum Pinaroliensem præfatos antea pertinebant, occurrentibus quovis modo illorum vacationibus, dummodo tamen beneficia præfata Sedis apostolicæ dispositioni reservata, vel affecta non fuerint, personis idoneis pleno jure conferendi, et de illis providendi auctoritatem, et potestatem concedimus, et impertimur. Ipsam vero ecclesiam Secusinam suffraganeam venerabilis quoque fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Taurinensis, illiusque metropolitico jure subjectam fore, et esse decernimus, et statuimus.

§. 14. Quo vero ad mensæ episcopalis Secusinæ nuper erectæ dotem, et pro illius episcopi sustentatione, firma remanente transactione, seu concordia inter dictum Petrum Joachimum tunc existentem abbatem commendatarium monasterii sancti Justi ex una, ac capitulum, et canonicos dictæ collegiæ ecclesiæ modo in cathedralem erectæ sub die octava novembris anni Domini millesimi, septingentesimi, sexagesimi, secundi per publicum instrumentum initæ, quam illæsam, atque integram a futuro quoque episcopo servandam esse statuimus, eamque propterea confirmamus, et approbamus, de cætero redditus omnes ad suppressum monasterium sancti Justi pertinentes, quosque dictus Petrus Joachim juxta quamdam transactionem, prævio apostolice benedicti de anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo inter eundem Petrum Joachim, et regii ærarii administratos percipiebat: nec non proventus sortis mille, et quingentarum librarum monetæ illarum partium, ac etiam quarundam domorum, et effectuum in civitate Secusina existentium.

§. 15. Qui quidem redditus, et proventus omnes, ut accepimus, ad quatuordecim mille libras circiter dictæ monetæ annuatim ascendunt, super quibus tamen pensio bismille, et sexcentum librarum ejusdem monetæ ad vitam dicti Karoli Alberti episcopi, et cardinalis apostolica auctoritate reservata reperitur, in dotem perpetuam mensæ episcopalis Secusinæ, ita ut novus, et pro tempore existens episcopus Secusinus in eorundem reddituum, et proventuum, ac effectuum veram, realem, actualem possessionem se immittere, illosque administrare, ac redditus, et proventus hujusmodi percipere, exigere, levare, ac adimpletis per eum infrascriptis oneribus, in proprios usus,

et utilitatem convertere, cujusvis licentia minime requisita.

§. 16. Cum hoc tamen, quod novus, et pro tempore existens episcopus Secusinus quotannis summam septingentarum librarum ejusdem monetæ capitulo, et canonicis dictæ novæ cathedralis ecclesiæ in supplementum oneris illius alias incumbentis manutenendi sacrarium, ecclesiam restaurandi, atque supportandi alia onera, nec non, postquam tamen pensio favore præfati Karoli episcopi, et cardinalis cessaverit, aliam annuam summam bismille sexcentum librarum favorem seminarii puerorum ecclesiastici Secusini respective persolvere teneatur de consensu dicti Karoli Emmanuelis regis apostolica auctoritate appropriamus, et applicamus, ac respective unimus, annectimus, et incorporamus.

§. 17. In habitationem vero, et residentiam futuri, et pro tempore existentis Secusini episcopi eam ædem, quam dictus Karolus Victorius Amadeus cardinalis, et delegatus in vim cujusdam decreti de mandato Nostro xxii mensis maii proxime præteriti peracti acquireret, atque alias ædes novæ cathedralis ecclesiæ proximas, in quibus olim canonici regulares degebant in usum novi seminarii episcopalis ad formam decretorum ejusdem concilii Tridentini erigendi respective assignamus, attribuimus, et impertimur.

§. 18. Ad hoc autem, ut novæ cathedralis ecclesiæ decor idem sit, quem ab apostolicæ Sedis beneficentia aliæ promeritæ sunt cathedrales ecclesiæ; ideo futuro episcopo Secusino, ejusque successoribus, ac pro tempore existentibus dignitatibus, capitulo, et canonicis, aliisque ecclesiæ, et capituli hujusmodi personis, ac ministris, ut omnibus, et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, concessionibus, facultatibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliarum ecclesiarum episcopi, ac dignitates, capitula, et canonici, aliæque civitates, et dioceses præsertim Pedemontii, eorumque res, et bona fruuntur, utuntur, potiuntur, et gaudent, seu uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, uti frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant etiam perpetuis futuris temporibus concedimus, et indulgemus. Insuper capitulo, et canonicis, ac personis dignitates obtinentibus in nova ca-

Novo episcopo præcipitur, ut capitulo et canonicis septingentas libras persolvat pro oneribus ecclesiæ cathedralis.

Habitatio episcopi præfinitur in æde ab apostolico delegato acquirenda.

Consultitur decori ecclesiæ cathedralis.

Pro dote mensæ episcopalis assignantur bona monasterii s. Justi ad formam stipulatæ transactionis, quæ confirmantur.

Redditus ad quatuordecim mille libras ascendere cuperuntur, supra quibus pensio reservatur librarum bis mille sexcentum.

thedrali ecclesia, ut ipsi, quatenus id opportunum videatur, capitulariter congregati pro cathedralis ecclesie Secusinae, illiusque mensae capitularis, sacristiae, et fabricae, eorumque rerum, et honorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicitique statu, gubernio, regimine, et directione, ac onerum eis incumbentium adimplemento, missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, distributionum etiam quotidianarum, et emolumentorum quorumcumque reparatione, poenarum per absentes a divinis officiis, et functionibus non interessentes incurrendarum impositione, caeremoniis, et functionibus in nova cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, nec non ministris deputandis, et amovendis, salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, nova statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, et constitutionibus, ac decretis apostolicis non contraria, cum approbatione tamen futuri episcopi Secusini, approbanda, et confirmanda, condendi, edendi, conditaque, et edita pro temporum, et rerum varietate mutandi, declarandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia ex integro modo praemisso condendi, et per eos, ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contrafacientes statuendis observari faciendi plenam, et omnimodam facultatem eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo tribuimus, et impartimur.

§. 19. Quemadmodum vero monasterii sancti Justi ex cujus redditibus integra fit novi episcopatus Secusini dotatio de Jurepatronatus dicti Karoli Emmanuelis regis ratione marchionatus Secusii, cujus ipse Karolus Emmanuel rex etiam marchio existit, ex fundatione, vel dotatione, aut ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur. Ita quoque praefato Karolo Emmanueli regi, cujus merita erga sanctam Sedem in dies augentur, ejusque in Secusino marchionatu successoribus pro tempore existentibus jus praesentandi, seu nominandi ad ecclesiam Secusinam hujusmodi tant in hac prima vice a primaeva illius erectione a Nobis, ut praefertur, facta, quam deinceps quoties

eam pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et romanum pontificem pro tempore existentem ad praesentationem, seu nominationem hujusmodi eidem ecclesiae Secusinae in episcopum praeficiendam apostolica similiter auctoritate perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, ac jus praesentandi, seu nominandi hujusmodi eidem Karolo Emmanueli, ac pro tempore existenti Sardiniae regi ratione dicti marchionatus Secusii, et causa praesentandi, seu nominandi juris, quod ei ad primodictum monasterium ex simili apostolica concessione competuit, competere, et vere regium esse, atque uti tale sub quacumque derogatione nullatenus comprehendi, neque illi derogari posse constituimus, atque decernimus.

§. 20. Postremo, quod taxa in libris camerae apostolicae novae ecclesiae Secusinae, prout primodictum monasterium, ut praefertur, suppressum in eis taxatum reperitur ad florenos auri tercentum describatur, etiam statuimus, et sancimus.

§. 21. Praesentes autem literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiae remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quae a Nobis fierent, comprehendi, sed tamquam ad divini cultus incrementum et populi spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere. Ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quovis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaeque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane similiter decernimus.

§. 22. Quoniam vero dictus Karolus Victorinus Amadeus cardinalis ad id negotii sedulo adeo se praestitit quum ad illud inchoandum eum praeceteris me-

Taxa in libris camerae apostolicae praefertur in florenos auri tercentum.

Immunes literae a quovis vitio declarantur.

Executio literarum committitur cardinali Amadeo.

Jus praesentandi episcopum, reservatur marchionibus Secusinis in perpetuum.

rito selegimus; illi propterea juxta mentem quoque dicti Karoli Emmanuelis regis omnium, quæ his literis jubemus executionem concedendam ducentes, ipsi Karolo Victorio Amadeo cardinali injungimus, omnemque auctoritatem harum quoque literarum vi plenissime tribuimus, et impertimur, ut ipse per se, vel alium, seu alias personas ab eo deputandas præsentibus Nostris literas, et in eis contenta quæcumque solemniter publicans, faciat auctoritate Nostra illas integre ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari, ac futurum episcopum Secusinum, et capitulam illius novæ cathedralis ecclesiæ illis pacifice frui, et gaudere: non permittentes ipsos, et eorum quemlibet per quoscumque quavis auctoritate fungentes indebite molestari: contradictores quoslibet per sententias, ac etiam censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo; ita quoque pro omnimoda præsentium executione, divinum servitium in nova cathedrali ecclesia, ejusque choro persolvendum statuatur.

Facta erectione episcopatus præcipitur electio vicarii generalis secretis suffragiis præagenda.

§. 23. Postquam autem ipsarum præsentium executione a dicto Karolo Victorio Amadeo cardinali, et legato peracta fuerit, infra octiduum capitulum, et canonici dictæ cathedralis ecclesiæ erectæ collegialiter congregati per secreta suffragia vicarium in spiritualibus generalem, qui eam jurisdictionem exercere valeat, prout, sede episcopali vacante, a singulis vicariis capitularibus exercetur, eligere debeant, et teneantur.

Derogatio contrariorum.

§. 24. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim, nisi in certis inibi expressis, et exceptis casibus, atque in illis non ultra unam diem a fine suæ diœcesis ad iudicium vocetur, seu ne iudices a Sede prædicta deputati extra civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis a quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis: nec non Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, et de dismembrationibus committendis ad

partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii ultimo loco celebrati, dismembrationes, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; atque episcopalis ecclesiæ Pinaroliensis fundatione, et erectione, nec non sancti Michaelis de Clusa, ac sanctorum Petri, et Andreæ de Novalitio abbatiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet etiam pluries a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis: nec non, quatenus opus sit, piorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac latissime, et plenissime ex certa scientia, et apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine harum serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

§. 25. Volumus autem, quod eandem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo dicti Karoli Victorii Amadei cardinalis, et delegati munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur; si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, abdicationis, sejunctionis, separationis, dismembrationis, segregationis, divisionis, erectionis, institutionis, concessionis, assi-

Sanctio poenalis.

gnationis, attributionis, impertitionis, decreti, statuti, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, indulti, reservationis, constitutionis, sanctionis, deputationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, tertio nonas augusti, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 8.
augusti 1772.
Anno IV.

CXCIV.

Suppressio congregationis Oratorii terræ Hypseli, et unio illius bonorum mensæ episcopali Fulginatensi.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In apostolicæ dignitatis fastigio, divina sic disponente voluntate, meritis licet imparibus, constituti, omnes Dominici agri partes quasi de montis vertice inspicimus, ut quid ecclesiarum omnium conditioni, decori, et firmamento conveniat, judicemus, et divino fultis præsidio, quo cuncta ex sui benignitate pro populorum suorum christifidelium salute disponit, ad ea, quæ ecclesiarum hujusmodi statum respiciunt, Nostri ministerii partes utiliter intendere curamus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Memoratur unio facta terræ Hypseli diœcesi Fulginatensi.

§. 2. Nuper siquidem Nos per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas ex justis causis animum Nostrum digne moventibus terram Hypseli vulgo Spello nuncupatam una cum suo territorio a diœcesi Spoletana, intra cujus limites existebat, dismembravimus, et separavimus, illamque sic dismembratam, et separatam alteri diœcesi Fulginatensi univimus, adjunximus, et incorporavimus, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Ex hac autem unione, et adnexionione, cum modo Fulginatensis diœcesis latius diffundatur, hinc ex incremento populi novæ tam venerabili fratri Mario episcopo Fulgi-

natensi, quam ejus in episcopatu hujusmodi successoribus adauctæ sunt curæ pastorales, et onera.

§. 3. Ut igitur, aucto labore, redditus quoque ecclesiæ, ac mensæ episcopalis Fulginatensis aliquatenus augeantur, hinc est, quod Nos ex præmissis, aliisque facti, et rerum circumstantiis Nobis bene notis, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, particularem, angustamque congregationem Oratorii in dicta terra Hypseli per quondam Justinianum Cambj, aliosve sacerdotes, aut institutores, usque a principio erectam suppressimus, et extinguimus, ac suppressam, et extinctam omnino decernimus, et declaramus; ejusdem vero sic, ut præfertur, suppressæ, atque extinctæ congregationis fundos universos, et proventus cujuscumque generis, et speciei, nec non jura, et actiones ad dictam congregationem quomodolibet spectantes, etiam agendi contra occupatores, et detentores bonorum, pecuniarum, rerumque aliarum ad congregationem hujusmodi pertinentium, una tamen cum missarum, canonum, livellorum, taxarum, legatorum, aliisque ad fundos ipsos, ac proventus adnexis oneribus, dictæ civitatis Fulginatensis episcopatus, et mensæ episcopali motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus perpetuo unimus, adjungimus, et incorporamus.

Aucto labore episcopi, et reddius augeantur, suppressaque congregatione Oratorii illius civitatis, bona episcopo assignantur.

§. 4. Eidemque Mario episcopo facultatem tam moderandi, seu reducendi, ac etiam commutandi, et transferendi prædicta omnia, et singula, sive pia, sive prophana respective onera, quam destinandi usum, et exercitium ecclesiarum ad memoratam suppressam, et extinctam congregationem ex concessione capituli collegiatae ecclesiæ sanctæ Mariæ dictæ terræ pertinentium, ac demum assignandi dilectis filiis Bernardino Bartocci, ac Vincentio Accorimboni congregationis hujusmodi jam presbyteris, eorumque fratri laico alimentis, quatenus extra aliam, aut propriam, aut alterius instituti congregationem, seu domum religiosam commoverint, vel aliter provisi non fuerint, ac pro tempore, et quantitativibus; et sub aliis conditionibus juxta suum æquum, prudensque arbitrium præscribendis, tribuimus, et impertimur; ita cæteroque, ut onera præmissa, si, et quatenus ab ipso Mario episcopo moderata seu redacta, et commutata, vel translata fuerint, non aliter exequi de-

Episcopo reservatur arbitrium moderandi onera adnexa, reservata apostolica approbatione.

beant, nisi eo modo, et forma, quibus moderationes, reductiones, commutationes, vel translationes hujusmodi Nobis exponendæ, Nostram in posterum obtinuerint adprobationem; ac præterea quamcumque ulteriorem provisionem super cæteris omnibus rem, et negotium hujusmodi quomodolibet concernentibus, præcipue vero super assertis juribus hæredum, seu legatariorum, substitutorum, et respective nominatorum in dispositionibus quondam patris Josephi Moder, et presbyteri Fausti Gentili, prout tamen, quando, et quantum opus fuerit, Nobis reservamus.

Clausulæ salutaris.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas, ac omnia, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod presbyteri dictæ congregationis, vel quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, ac ad ea vocati, et auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentis emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias justificatæ non fuerint, aut ex alia quantumvis legitima causa, colore, prætexta etiam enormis, et enormissimæ læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, sed semper validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac prædictorum piorum institutorum, restatorum, ac disponentium etiam ultimis voluntatibus, nec non pactis, atque conventionibus cum prædicto capitulo collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ

initis, et Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, aliâ roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, et specifica, ac expressa mentio, seu quævis alia expressio faciendâ foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die octava augusti millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVI.

Dat. die 14.
Augusti 1772.
Anno IV.

Prohibitio extrahendi suppellectilia ex ecclesia, et monasterio monialium Annunciationis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ in sancto Stephano nuncupatæ ordinis sancti Benedicti civitatis Alatrinx.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**onservationi, et mantentioni ornamentorum, et paramentorum ecclesiæ monasterii, monialium Annunciationis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ in sancto Stephano nuncupatæ Ordinis sancti Benedicti civitatis Alatrinx, quantum cum Domino possumus benigne consulere, et dilectas in Christo filias abbatissam, seu priorissam, et moniales dicti monasterii

Prohibitio decernitur sub poena excommunicationis latæ sententiæ uni summo Pontifici reservatæ.

specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis: ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, vel officio fungens, vasa, calices, candelabra, et alia paramenta, et ornamenta ecclesiastica, ex aureo, vel argenteo, aut alia quavis materia confecta, nec non aliam quamcumque suppellectilem sacram ad ecclesiam, et monasterium hujusmodi unuc, et pro tempore quomodolibet spectantem (exceptis tantum sacris vestibus, iisque omnibus, quæ vigore conventionis dari, ministrarique debent parrocho ecclesiæ sancti Stephani dicto monasterio unitæ, nec non excepta argentea basi pro simulacro, et sacra reliquia s. Sixti pontificis et martyris, et præcipui civitatis Alatrinxæ patroni, quæ a monasterio prædicto consuevit quotannis die festo ejusdem sancti commodari ecclesiæ cathedrali dictæ civitatis) aliisque ecclesiasticis, vel locis piis, aut personis quibuslibet commodare, vel sub quovis quæsito, colore, causa, vel ingenio ex ecclesia, et monasterio hujusmodi extrahere, et asportare, seu, ut commodentur, aut extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire audeat quovis modo, seu præsumat sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo a quovis, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ ecclesiæ, vel illius sacristiæ, aut alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, assidue affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quarta augusti, millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVII.

Datum die 21.
augusti 1772.
Anno IV.

Confirmatio resolutionis Consultæ super diminutione numeri consiliariorum pro nobilibus civitatis Amerinxæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Civitatum omnium decus, et ornamentum, quod in civium nobilitate potissimum residet, merito postulat, atque exigit, ut in iis, quæ conservationem splendoris familiarum nobilium respiciunt, apostolicæ auctoritatis Nostræ partes favorabiliter interponamus, prout rerum, locorum, ac temporum circumstantiis mature perpensis salubriter in Domino conspiciamus expedire.

Proemium.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum nobilium civitatis nostræ Amerinxæ expositum Nobis fuit, quod alias anno nempe MDCCLXVII. congregatio tunc existentium S. R. E. cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status Nostri ecclesiastici præposita, re prius serio perpensa, ut antiquum decus, ac splendor in ordine, seu gradu familiarum nobilium dictæ civitatis ibidem vulgo nuncupato = *consiglio di dieci, o sia speciale* = firmitus conservaretur, die tertia julii ejusdem anni, earundem familiarum numerum a memorata congregatione jam antea die videlicet xxii. decem. MDCCLII. usque ad quadraginta, et duas, constitutum, potius cohibendum ad triginta, quam ex admissione aliarum non habentium requisitas qualitates, quidquam antiquo earum splendori detrahendum esse putavit, ac voluit. Hac itaque de re propter diminutum familiarum hujusmodi numerum mutatus etiam fuit ordo, ac tempus publicorum officiorum dictæ civitatis: nam magistratus officium, quod prius trimestri tantum tempore perdurabat ad quadrimestre protractum fuit; urna vero bussolo vulgo nuncupata, ubi nomina extrahendorum ad idem officium in tot distinctis pilis continentur quæ prius triennio quolibet fieri consueverat, ad quinquennium extensa itidem fuit, atque constituta; ac pariter protracto tempore aliorum munerum vicariati nuncupati ab uno ad duo semestria præscriptus extitit numerus quindecim civium, ad hoc ut in unaquaque ex quindecim pilis efficientibus integram urnam prædictam unus eorum comprehen-

Expositio præ-
cum porrecta-
rum.Derogatio con-
trariarum.

deretur, qui popularem ordinem repræsentaret, quique una cum duobus nobilibus in una eademque pila descriptis, ac alio pariter nobili in pila præcedenti contento juxta constitutionem felicis recordationis Clementis pp. XII. prædecessoris Nostri publicam representationem constitueret illorum quatuor, qui antianorum nomine nuncupantur, ac alias prout ex epistola ab eadem congregatione die iv. julii prædicti anni ad gubernatorem ipsius civitatis conscripta, atque una cum inserto folio lecta, et publicata in generali consilio habito die xi. ejusdem mensis, quorum omnium tenor est qui sequitur nempe Foris = Al magnifico mio amatissimo = Il governatore di Amelia = Loco ✕ sigelli.

Tenor epistolæ sacre congregationis hujus regiminis.

§. 3. Intus = Magnifico mio amatissimo = Essendosi considerato dalla s. Consulta tutto ciò, che si contiene nell' ulteriore informazione da voi trasmessa in proposito dell' istanze alla medesima avanzate tanto per parte di cotesto consiglio speciale denominato ancora delli Dieci, o sia de' nobili per la riduzione del consiglio suddetto dal numero di quarantadue a quello di trenta, ed altri consecutivi provvedimenti per la magistratura, e vicariati, quanto a nome de' cittadini, e consiglieri, quali obiettano a tali istanze; detta s. Consulta è venuta nella determinazione contenente nell' accluso foglio. Onde voi farete dare piena esecuzione a quanto si prescrive in esso. Così eseguirete. E Dio vi guardi = Roma 4. luglio 1767. = vostro amorevole = L. card. Torrigiani = G. Forti segretario = Amelia governatore. =

Tenor resolutionis ejusdem sacre congregationis circa resolutionem hujus.

§. 4. Amerina reductionis buxuli = Die 3. julii 1767. Riferite nel giorno 12. dello scorso mese di giugno diverse istanze, che facevansi dal consiglio speciale denominato ancora delli Dieci, o sia de' nobili d' Amelia, prima di venire alla confezione del nuovo bussolo, tuttocchè sopra alle istesse fosse già stata data l' informazione da quel governatore, pure a motivo di un memoriale dato in giro da quelli cittadini, che pretendevano nascergli, da qualunque risoluzione potesse prendersi, grave pregiudizio, fu creduto bene di sospendere ogni cosa, ed ordinare a quel governatore, che nuovamente informasse, uditi in scritto li tre ceti de' nobili, cittadini e plebei.

Venuta dunque questa nuova informazione unitamente a quello hanno ivi saputo dedurre, la s. Consulta esaminando maturamente il tutto, è venuta nella determinazione di ordinare, che in avvenire il consiglio speciale,

Bull. Rom. Tom. IV.

volgarmente detto de' Dieci, o sia de' nobili presentemente composto di quarantadue soggetti, ed in tal numero fissato nella Consulta delli 22 dicembre 1752 si riduca al numero di trenta, con che però escluso non resti alcuno di quelli, che attualmente vi sono, e perciò seguir debba simile riduzione di mano, in mano, che seguirà l'estinzione delle famiglie adesso comprese, e con che questa riduzione nè possa, nè debba impedire l' ingresso nel ceto nobile, o sia del consiglio speciale a que' cittadini, che anche a numero pieno di trenta forniti si trovassero di tutti li requisiti necessarij dallo statuto voluti, costante essendo l' intenzione della s. Consulta che il numero nè possa, nè debba essere mai minore di trenta, ma di non impedire nell' istesso tempo, che sia maggiore, il che anzi quando fosse fattibile desiderarebbe, volendo di più, che si osservino gli ordini altre volte dati dall' istessa sacra Consulta per le ammissioni, quali dovranno in primo luogo proporsi avanti gl' imbussolatori, ed in caso d' ingiusta esclusione potranno, e dovranno in secondo luogo proporsi in questo tribunale, deducendo la parte pretesa gravata le sue ragioni.

Siccome però osservandosi la solita regola di mutare il magistrato ogni bimestre, mancherebbe il pieno delle palle per compire il solito triennio del bussolo, si è perciò determinato, che il bussolo debba in avvenire durare non più tre anni, ma bensì cinque; ed il magistrato, che presentemente non dura che un bimestre, debba continuare per un quadrimestre, compendosi ogni palla di due nobili, ed un cittadino, e durando in esercizio uno de' nobili del passato quadrimestre a tenore della costituzione della sa. mem. di Clemente XII. aversi il pieno del magistrato, che deve essere a tenore dello statuto composto sempre di quattro soggetti.

E perchè siavi il pieno per tutto il quinquennio, dovranno gl' imbussolatori formare quindici palle con l' ordine di sopra detto, e siccome li cittadini non sono che quattordici, e per conseguenza ne manca uno al compimento delle quindici palle, così s'ordina, e comanda, che debbasi subito ammettere uno del ceto plebejo, che abbia li necessarij requisiti, al ceto de' cittadini, e questo far si debba ogni qualunque volta venisse a vacare qualche posto.

Si è finalmente stabilito, che li

O o o

vicariati annessi alla città di Amelia, e soliti ad occuparsi per soli mesi sei, debbano in avvenire conferirsi per un anno intiero, con il solito peraltro, ed antico ordine, così avrassi sempre il numero pieno in ogni genere; e mancando, o non potendo per giusti motivi qualcuno esercitare, o il vicariato, o la magistratura, saravvi sempre il bussolo de' spicciolati, da cui potrà cavarsi altro soggetto, che supplisca.

Et alias latius ut in actis prædictis ad quos ec.

Dat. Americæ ex secretaria nationis hac die 12 martii 1772.

Ita est Domicus Felix Tassetti notar. secr. rog.

Ulterius in actis dicti buxuli apparet ut infra = Die 11 mensis julii 1767.

Fu letta la lettera della s. Consulta col foglio annesso sopra la riduzione delle famiglie nobili fino al numero di trenta, e di mano in mano come alla detta lettera in data di Roma li 4 luglio corrente del tenore qui allegata, ed inserta.

Il nobile sig. conte Francesco Maria Piacenti imbussolatore dice. = Essendo stato sotto li 3. luglio corrente ordinata dalla sagra Consulta la riduzione de' nobili dal numero di 42 a quello di 30 con la condizione, che simile riduzione siegua di mano in mano, che saranno estinte le famiglie adesso comprese, e che al numero dei 14 cittadini se ne aggiunga un altro per eguagliare le palle; quindi è che si venga all'elezione dei concorrenti al posto dei cittadini, ma prima de' concorrenti nobili nel luogo dei padri, e zii rispettivamente.

Furono letti li memoriali = Omissis ec.

§. 5. Quibus adimpletis fuerunt factæ pallulæ antianatus duraturæ ad quatuor menses juxta præscriptum a sacra Consulta. Præmissa itaque omnia tanta cum maturitate ab eadem congregatione volita, atque præscripta plene observata postmodum semper fuerunt, et familias ad nobilitatem dictæ civitatis admissas, atque ordinem nobilium de consilio decemvirorum hujusmodi de præsentibus constituentes eas esse declaramus, quæ sequuntur nempe = Artemisi Saverio di Olimpiade Niccola = Assettati Girolamo di Massenzio Girolamo = Assettati Ambrogio di Massenzio Girolamo = Consacchi = Cavalier Stefano di Bartolomeo di Stefano = Carleni = Agostino di Camillo Fulgerico = Catenacci = Carlo di Riccardo di Bartolomeo

= Catenacci = Alessandro di Francesco di Alessandro = Cerichelli = Conte Diomede di Ottavio di Bernardino = Cerichelli = Conte Niccola di Ottavio di Bernardino = Cerichelli = Conte Gioan: Battista di Pietro Paolo di Gioan: Battista = Cocchiei = Sante di Sante di Ludovico = Farrattini = Conte Ubaldo di Francesco di Ubaldo = Franchi Clementini = Francesco di Marcello di Nicola = Geraldini = Angelo di Lorenzo di Alessandro = Geraldini = Francesco Maria di Lorenzo di Alessandro = Geraldini = Conte Antonio di Giacomo di Lorenzo = Geraldini = Francesco Antonio di Asciano di Lorenzo = Geraldini = Conte Pietro di Luca di Gio: Matteo = Lancia = Antonio di Matteo di Mario Antonio = Leonardi = Ambrogio di Lodovico di Pietro Paolo = Nacci = Giuseppe d' Ippomeneo di Cesare = Novelli = Tosi Costantino di Girolamo di Sebastiano = Parca Guarnolfini = Marcello di Paolo Antonio di Domenico = Petrignani = Annibale di Tommaso di Annibale = Petrignani = Conte Giacomo di Benedetto di Giovanni Antonio = Petrucci = Capitano Olimpiade di Cristoforo di Brizi Agostino = Perreira = Emanuele di Stefano Filippo di Leonardo = Piacenti = Conte Francesco Maria di Sebastiano di Giovanni = Racani = Conte Olimpiade di Gasparo di Olimpiade = Sandri = Gaetano di Girolamo di Felice = Studiosi = Girolamo di Niccola Francesco = Studiosi = Niccola di Olimpiade di Niccola = Venturelli = Capitan Francesco di Poddio di Giovanni Bonaventura = Venturelli = Francesco Maria di Saverio di Francesco Maria = Venturelli = Giuseppe di Filippo di Luca = Vulpio = Conte Niccola di Bartolomeo di Giovanni Antonio = Zuccanti = Niccola di Tommaso di Antonio =

§. 6. Cum autem, sicuti eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, quo firmiter præmissa omnia, quæ a dicta congregatione decreta, atque constituta fuerunt, firmiter subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti, ac prærogativas, præeminentias, et privilegia dicto consilio decemvirorum hujusmodi, ejusque nobilibus consiliariis spectantia, et pertinentia, per Nos confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 7. Nos igitur ipsos exponentes

Ordo familiarum ad nobilitatem admissarum.

Preces porrectæ pro confirmatione decretorum s. congregationis hujusmodi regiminis.

Mandat Pontificis ut omnia

quæ a s. congregatione præcepta fuerant observentur, et decreta ipsa auctoritate apostolica confirmat.

specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta omnia a memorata congregatione eorundem cardinalium die 3 julii anni MDCCLXVII. ut præmittitur præscripta, decreta, et constituta, una cum omnibus in dicta epistola, et folio adnexo contentis, et expressis, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium. Præterea omnia jura, prærogativas, præeminentias, privilegia tam de jure, quam ex statuto, lege municipali, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet ad præfatum consilium decemvirale, et speciale spectantia, et pertinentia, quatenus sint in usu, et concilii Tridentini decretis, sacris canonibus, aliisque apostolicis constitutionibus non adversentur, auctoritate et tenore prædictis confirmamus pariter, et approbamus, illaque eidem consilio suisque membris, ac individuis, suffragari debere statuimus, et declaramus.

§. 8. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus semper his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegii quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie,

Bull. Rom. Tom. IV.

ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicésima prima augusti millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVIII.

Dat. die 31.
aug. 1773.
Anno IV.

Confirmatio privilegiorum concessorum ecclesiæ sanctæ Mariæ de Quercu in campo Gratiano positæ extra muros civitatis Viterbii.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**lias fel. rec. Clemens pp. VIII. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 3. junii 1593. expeditas literas motu proprio, ac ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine omnia, et singula privilegia, indulta, concessionem, facultates, exemptiones, libertates, prærogativas, et gratias tam spirituales, quam temporales a rec. mem. Sixto IV., Julio II., Leone X., Clemente VII., Paulo III., Pio IV., et Gregorio XIII., ac quibuscumque aliis romanis pontificibus prædecessoribus tunc suis, nunc Nostris, ac Sede apostolicâ, ejusque legatis, ecclesiæ beatæ Mariæ virginis de Quercu in campo Gratiano nuncupatæ extra muros civitatis Viterbiensis, ejusque monasterio, seu conventui ordinis Prædicatorum, religiosis, et personis, seu ad eorum, ac bonorum tam mobilium, quam stabilium, jurium, et actionum eorundem favorem, commodam, utilitatem, et conservationem, ac augmentum quomodolibet, et quomodocumque factas, concessas, emanatas, ac sæpius confirmatas, approbatas, et innovatas, seu facta, concessa, emanata, confirmata, approbata, et innovata, ac literas desuper expeditas, et in eis contenta quæcumque, ac eorundem ecclesiæ, et monasterii, seu

Enumeratio constitutionum summorum Pontificum, ex quibus privilegia, indulta, et concessionem dimanarunt.

Observantiam constitutionis præcepit, et cuilibet judicii potestatem adimit aliter quam in ea statutum est judicandi.

Et omnibus in contrarium facientibus, plenitudine potestatis derogat.

conventus statuta, et consuetudines, quatenus in usu essent, et sacris canonibus, conciliique Tridentini decretis essent conformia perpetuo confirmavit, et approbavit, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ confirmationis robur adiecit, omnesque, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsitan in iisdem intervenissent, supplevit.

§. 2. Ac prætera idem Clemens VIII, prædecessor commoditati mercatorum, et aliorum ad nundinas in dicto campo Gratiano prope eandem ecclesiam quotannis ex dictorum summorum Pontificum concessione celebrari solitas confluentium amplius consulere volens, nundinas ipsas, eas videlicet, quæ juxta concessionem, et confirmationem prædictas per quatuor dies ante dominicam post festum natiuitatis beatæ Mariæ virginis immediate sequentem inchoari, et ad octo dies post ipsam dominicam, non computatis festis interim occurrentibus, durare solebant, postmodum in perpetuum ad diem duodecimam mensis septembris indici, et in ea inchoari, et usque ad festum sancti Francisci die 4 octobris inclusive durare debere; quo tempore durante, nundinas ipsas, et personas quascumque ad illas confluentes, illarumque merces, animalia, res et bona quæcumque juxta prædictarum concessionum, et indultorum seriem perpetuo juxta morem aliarum nundinarum liberarum a cujusvis gabellæ, seu alterius cujuscumque oneris solutione liberæ, immunes, et exemptæ, ac libera, immunita, et exempta fore, et esse concessit, ac indulsit, statuitque, et ordinavit; nec non etiam quod omnes, et singulæ merces, res, et bona ad hujusmodi nundinas delata, quæ in fine aliquarum ex dictis nundinis ab eorum patronis, mercatoribus, penes dictum monasterium, vel conventum ad effectum, et in sequentibus nundinis vendenda exponerentur, in custodiam deposita essent, ab omni pariter gabellæ, datii, vectigalis, aut alterius oneris solutione libera plane, atque immunita, et exempta existerent, dummodo tamen a gabellario viterbiensi pro tempore sigillari pro ipsius gabellarii securitate prius deberent. Si vero aliqua pro tempore ex illis extra nundinas vendi contingeret, etiamsi tota, ut dicitur balla mercium vendita non esset, nihilominus pro tota ad rigorem gabella solvi deberet, pariter concessit, aliaque plura statuit, indulsit, et ordinavit; prout in ipsius Clementis VIII, prædecessoris literis, quarum tenores

præsentibus pro plene, et de verbo ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii moderni prior, ac fratres prædicti monasterii, seu conventus Nobis nuper exponi fecerunt, firmiora, et validiora sint ea, quæ frequentiori apostolicæ auctoritatis robore communiuntur; hinc dicti exponentes præfata privilegia, indulta, concessionem, facultates, exemptiones, prærogativas, gratias, et indulgentias, a memoratis, aliisque romanis pontificibus prædecessoribus Nostri largita, et ab eodem Clemente VIII itidem prædecessore Nostro confirmata quoque, extensa, et ampliata per Nos pariter confirmari, et approbari plurimum desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta privilegia, indulta, concessionem, facultates, exemptiones, prærogativas, gratias, et indulgentias a præfatis, aliisque romanis pontificibus prædecessoribus Nostri, ut præmittitur, largita, iisdem modo, et forma, quibus memoratus Clemens VIII prædecessor quoque Noster confirmavit, et approbavit, una cum ipsius Clementis prædecessoris literis præfatis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis firmitatis robur adiciamus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a

Preces portæ pro confirmatione privilegiorum.

Concessio juxta petita.

Clausula salutare, et decretum irritans.

De nundinis in eodem campo Gratiano quotieslibet anno peragendis.

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attestari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxxi. augusti MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 11
septemb. 1772
Anno IV.

CXCIX.

Confirmatio concordie, seu transactionis inter fratres ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum conventus sancti Fortunati civitatis Tudertinæ, ac rectores fabricæ ejusdem sancti Fortunati civitatis præfatæ a sacra congregatione eminentissimorum, et reverendissimorum cardinalium boni regiminis status ecclesiastici præpositorum approbatæ.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. **S**uperna dispositione in apostolatus solio præidentes inter pastoralis officii Nostri curas nil magis Nobis cordi est, nilque ferventius exoptamus, quam pacem inter omnes christifideles, ac præsertim inter unius, ejusdemque civitatis populum, atque illos, qui divinis obsequiis mancipati in ipsius populi æternam salutem suos labores impendunt, fovere, augere, et perpetuo conservare, ad hoc ut ipsi, semotis a se quibuscumque animi molestiis, possint quietam mentem, et tranquillo corde tam in propriam, quam in ejusdem populi spiritualem utilitatem ferventius Deo inservire: quocirca ea libenter concedimus, quæ ad pacem ipsam conservandam aptiora esse dignoscuntur, prout,

omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni guardianus, et fratres conventus sancti Fortunati ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Nostræ Tudertinæ, quod cum dilectus itidem filius magister Philippus Casoni in utraque signatura Nostra referendarius, et visitator, atque commissarius apostolicus a Nobis deputatus pro hospitali ejusdem civitatis suo decreto edito die x. julii MDCCLXXI. opus fabricæ ecclesiæ ejusdem sancti Fortunati suppressisset, illudque tam cum omnibus suis bonis mobilibus, sacris supellectilibus, stabilibus, creditis, actionibus, et juribus, quam cum ejusdem operis oneribus prædictis fratribus, eorumque conventui, conjunxisset, unumque corpus effecisset, hinc dilecti quoque filii tunc existentes rectores ejusdem fabricæ decreto hujusmodi, ejusque executioni sese opposuerunt præ ceteris asserentes juspatronatus dictæ ecclesiæ sancti Fortunati ad prædictam civitatem Tudertinam pertinere, quod sane denegabant fratres dicti conventus, affirmantes liberam, et immunem esse ecclesiam prædictam a quacumque servitute juspatronatus, ideoque ad ipsos libere pertinere.

Suppressio facta a commissario apostolico operis fabricæ, et conjunctio honorum, et operum favore fratrum ordinis s. Francisci.

§. 3. In his itaque rerum circumstantiis gravis, sumptuosa, et diuturnalis jamjam, non solum super jurepatronatus hujusmodi, sed etiam super aliis quoque hinc inde excitatis controversiis oritura erat inter partes prædictas, quam viri integritate, et doctrina præditi, gradu, et qualitate spectabiles, et zelo communis pacis, et tranquillitatis flagrantes, Nobis etiam annuentibus, in sui primordio dirimere omnino curarunt, et studuerunt; atque, ut id facilius assequerentur, perpensis primum serio, diligenterque utriusque partis juribus tunc promotis, deinde concordie, seu transactionis formam, et modum in plura capita distributum uni, ac alteri parti proposuerunt. Quamvis autem fratres prædicti conventus concordiam, et transactionem ab eximiis viris hujusmodi, tanta cum maturitate digestam, ac propositam subinde admittendam, et excipiendam esse censuerint, civitas tamen Tudertina, ejusque cives exhibitum concordie modum, non quidem in omnibus approbare, sed aliquibus tantum ejusdem concordie capitibus assensum suum præbere putarunt. Nobis idcirco dicti exponentes jam-

Lis hinc gravis exorta, que composita fuit solemnem transactione.

pridem supplices porrexerunt preces, ut in re hujusmodi quidquid magis opportunum ad id remedium visum faisset, de benignitate apostolica adhibere dignaremur.

Transactionis capitula subjiciuntur examini sacre congregationis boni regiminis.

§. 4. Nos igitur, qui, ut præmissimus, christifidelium omnium pacem, ac quietem paternæ charitatis affectu exoptamus, preces tunc ab eis porrectas Nostro rescripto edito die nona superioris mensis julii remisimus dilecto etiam filio magistro Gulielmo Pallotta congregationis venerabiliom fratrum nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum secretario, ad hoc ut ipse, facto verbo in plena congregatione prædicta super iisdem capitibus concordia, seu transactionis hujusmodi, quatenus justa, et æqua viderentur, exequeretur, quoties vero reformatione digna apparerent, reformaret, et reformata pariter executioni mandaret, citra tamen omnem prorsus iudicii formam, et cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, omni recurso, et reclamatione remotis. Impositum sibi munus idem Gulielmus secretarius summa accuritate implevit, eidemque congregationi habitæ die xviii. ejusdem mensis julii proposuit ejusdem concordia, et transactionis capita, quæ memorata congregatio censuit confirmanda, et approbanda esse in hunc, qui sequitur modum videlicet.

Confirmandam transactionem censet sacra congregatio, salvis juribus contrahentium

§. 5. I. Quod suspensa quacumque disquisitione, et definitione super jurepatronatus, declaretur, quod utriusque partis jura salva, et illæsa semper, ac perpetuo sint, et esse debeant, neque ea ob conventionem, transactionem, aut concordiam vim ullam amittant, vel lapsu temporis damnum ullum patiantur, sed semper in suo robore, et omnimoda vi persistent, et quocumque futuro tempore habeantur, perinde ac si nunc in iudicio prolata, et deducta fuissent.

Item segregato universo ambitu qui continetur sub nomine s. Fortunati favore monasterii.

§. 6. II. Ut in universo ambitu, seu circuitu, qui sub nomine sancti Fortunati nuncupatur, et nunc venire solet, totum id, quod ecclesia non est, ad eosdem fratres ordinis, et conventus prædictorum plene, ac libere, tam quoad jus, proprietatem, et dominium, quam quoad usum spectare, et pertinere intelligatur, ita ut quælibet possessio, jus, sive dominium, quam, seu quod eadem civitas, seu rectores dictæ fabricæ antea obtinuisent, pro cessa, seu cesso, abdicata, seu abdicato habe-

ri omnino debeant, et habeantur; omnesque, et singulas partes, quæ non sunt ecclesia, et in eodem circuitu, ac ambitu continentur, perinde ac si in capite hoc specialiter, et distincte expressæ fuissent, in eo compræhensas declarando.

§. 7. III. Quod a civitate, et rectoribus prædictis perpetuo assignentur ex fundis ejusdem fabricæ, et cedantur iisdem fratribus, illorumque conventui tot fundi, quorum redditus satis sint ad hoc ut iidem fratres non solum supellectilia, et utensilia cujuslibet generis pro dicta ecclesia, ejusque altaribus, et sacristia comparare, sed etiam onera missarum eidem fabricæ adnexa, et ad tabellam onerum perpetuorum dicti conventus transferenda adimplere, atque demum oleum pro lampadibus, ceram pro missis celebrandis, aliisque solemnitatibus sumptibus fabricæ peragi antea consuetis emere possint, et valeant; ita ut eorundem fundorum assignatione, ut præfertur, secuta, fratribus prædicti conventus nullum aliud subsidium, sive in pecunia, sive in specie a dicta fabrica eis antea præstari solitum petere, et assequi minime liceat, et quodcumque jus per hoc eidem fabricæ, et civitati cedere ipsi omnino teneantur. Congruam vero, et competentem quantitatem reddituam, et fundorum prædictorum, ex quibus percipiendi sunt iidem redditus pro singulis oneribus prædictis decenter sustinendis a discreto, et prudenti viro per memoratam congregationem cum plena, et libera facultate, et auctoritate ad id deputando mensurandam, definiendam, et constituendam esse eadem congregatio voluit, ac decrevit; simulque præscripsit, ut semel facta hujusmodi assignatione fundorum, et reddituum, ea firma, constans, et quocumque tempore invariabilis, ac immutabilis persistere debeat, cujuscumque ulterioris subsidii obtinendi jure, ac spe penitus sublata.

Item sub lege quod civitas necessaria suppeditet pro exercitiis ecclesiæ, et sacristiæ.

§. 8. IV. Ut plenæ, ac omnimodæ voluntati, et dispositioni eorundem fratrum relinquatur ministerium universum dictæ ecclesiæ, et quidquid pertinet ad sacras functiones, atque ad ejusdem ecclesiæ servitium, quin ipsi ab aliquo desuper impediri, turbari, aut molestari ullo modo possint; exceptis tamen, firmisque remanentibus assuetis functionibus episcopi, capituli, et civitatis ejusdem juxta praxim solitam, et usque adhuc servatam.

Item unis fratribus congregato ministerio ecclesiæ.

§. 9. V. Ut sanctorum reliquiæ,

Reliquiarum custodie singu-

si vacare de-
bent receptis
clavibus.

atque armaria, in quibus illæ in præ-
dicta ecclesia asservantur, ita deinceps
custodiri debeant, ut duabus clavibus
obserentur, quarum una penes recto-
rem antiquiorem, seu civitatem præ-
dictam, prout sibi magis libuerit, alia
vero penes eosdem fratres semper ma-
neat, neque ab alterutris denegari pos-
sit, non solum pro expositionibus con-
suetis, sed etiam pro aliis extraordina-
riis, quas publica deposcat pietas, aut
aliqua necessitas.

Archivium
scripturarum
civitati resi-
tuitur.

§. 10. VI. Quod archivium scriptu-
rarum ad præfatam civitatem spectan-
tium amoveri debeat a loco, in quo
penes sacristiam ecclesiæ sancti Fortu-
nati hujusmodi nunc extat, illudque
transferendum sit ad publicum palatium
dictæ civitatis: verum quia inter scrip-
turas in prædicto archivio existentes
nonnullæ reperiuntur scripturæ, ac li-
bri ad fratres prædictos directe perti-
nentes, hinc statuitur, ut a duabus
personis una nempe a civitate, altera
vero ab iisdem fratribus respective eli-
gendis, et deputandis, quatenus in una
tertia persona utraque pars minime con-
veniat, insimul omnia prædicta reco-
gnoscantur, ac dividantur, et unicui-
que, quod suum est, fideliter, ac re-
ligiose reddatur. Id vero totum, quod
respicit ecclesiam hujusmodi, illiusque
cappellas, et altaria ibidem relinquen-
dum erit, facultate exemplandi, cui
voluerit, minime denegata.

Exogatio reddi-
tuum fabricæ
statuitur.

§. 11. VII. Ut quidquid ex redditi-
bus fabricæ hujusmodi reliquum erit
omnino in ejusdem fabricæ conservatio-
nem erogetur; idque cum quam ma-
xime intersit, hinc statuitur, ut tam
rectores prædicti, quam fratres semel
saltem in anno, sive simul, sive divi-
sim diligenter eam in omni parte per-
lustrare, et quidquid conservationi præ-
stantissimi hujus ædificii opus erit,
proponere, ac opportune de eo monere
debeant; qua de causa ex iisdem reddi-
tibus fabricæ, quod reliquum erit, si-
cut præfertur, in sacra Pietatis æde;
ad hoc ut non in alios usus, sed in
solam tanti operis manutentionem con-
vertatur, deponi semper oporteat.

Civitati reser-
vatur onus cu-
rande incolumi-
tatis per remo-
tionem se-
pulchrorum ho-
spitalis.

§. 12. VIII. Quod civitas predicta
impendat omnem curam, atque ope-
ram sibi possibilem ad hoc ut pro sua
incolumitate, et prædictorum fratrum
periculo, atque incommodo avertendo
sepulchra hospitalis, apud sanctum For-
tunatum extantia in alium opportuni-
orem locum extra civitatem prædictam
transferantur.

De solutione
collectarum

§. 13. IX. Quamvis fratres memo-

rati conventus usque adhuc collectas or-
dinarias persolverint etiam pro bonis
primæ erectionis, nihilominus, cum
civitas prædicta, inhærendo generali
consuetudini quoad alia loca pia ejus-
dem civitatis servari solitæ liberaliter
obtulerit constitutionem fundi Manso
nuncupati, hinc prædicta congregatio
fundi hujusmodi quantitatem constituit
in summa scutorum mille, quam com-
putandam esse voluit juxta libram ca-
tastri civitatis Tudertinæ hujusmodi, et
bona, fundum, seu Mansum hujusmo-
di constituentia pro bonis primæ ere-
ctionis æque, ac alia bona spectantia ad
mensam episcopalem, et cætera loca
pia ipsius civitatis habenda esse decre-
vit, et mandavit.

generalia præ-
cipiuntur.

§. 14. X. Quod omnis transactio,
et concordia elapsis temporibus inter
prædictos rectores, ac fratres conventus
hujusmodi quomodolibet inita, quæ
præmissis capitulis, declarationibus, et
conventionibus adversetur, vel cum eis
discrepet, pro cassa, nulla, et tam-
quam non inita censeri debeat; eorum-
dem vero capitulorum, declarationum,
et conventionum interpretationem, seu
intellectum, ac difficultatum omnium;
quæ desuper unquam in posterum oriri
possint, resolutionem, et definitionem
audito prius voto pro tempore existen-
tis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis
ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem
apostolicam protectoris, summarie ac
omni appellatione remota, peragendam
eadem congregatio sibi reservatam esse
voluit, atque præscripsit.

Reservatur ju-
congregationi
dirimendi om-
nes controver-
sias, quæ ori-
ri possent su-
per exemptio-
ne concordie.

§. 15. Cum autem, sicut eadem
expositio subjungebat, ea, quæ tanta
maturitate perpensa, et ad concordiam,
et transactionem hujusmodi ineundam
proposita, atque a memorata congrega-
tione digesta, et statuta fuerunt, firmiter
subsistant, et serventur exactius, apo-
stolicæ confirmationis Nostræ patroci-
nio communiri dicti exponentes pluri-
mum desiderant; Nobis propterea hu-
militer supplicari fecerunt, ut sibi in
præmissis opportune providere, et ut
infra indulgere de benignitate apostolica
dignaremur.

Preces porre-
ctæ pro confir-
matione trans-
actionis a s. con-
gregatione di-
gesta.

§. 16. Nos igitur ipsos exponentes
specialibus favoribus, et gratis prose-
qui volentes, et eorum singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, et interdicti, aliisque ec-
clesiasticis sententiis, censuris, et pœ-
nis a jure, vel ab homine quavis occa-
sione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodatæ existunt, et ad ef-
fectum præsentium dumtaxat conse-

Conceditur
gratia juxta pe-
tita.

quendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præmissa capitula, conventiones, et declarationes pro concordia hujusmodi inter dictam civitatem, et prædictos rectores fabricæ, ac fratres memorati conventus in eunda, et absolvenda, ut præfertur, proposita, atque a memorata congregatione discussa, approbata, et declarata, licet consensus ejusdem civitatis, et rectorum prædictorum minime deinde accesserit, nihilominus auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, facti, et solemnitatum, atque consensus civitatis, et rectorum hujusmodi defectus supplemus, et sanamus; eademque conventiones, concordiam, transactionem, et declarationes perpetuo servandas, et custodiendas, ac superveniente etiam in posterum quodcumque qualibet definitione, sententia, et re judicata super pertinentia juris patronatus, ac respective libertatis dictæ ecclesiæ sancti Fortunati omnino exequendas esse auctoritate, et tenore similibus volumus, præcipimus, et mandamus.

Assignantur onera, et bona, reservata in omnibus auctoritate s. congregationis.

§. 17. Ac præterea prædictæ fabricæ fundos, ut præfertur, conventui, et fratribus ordinis minorum Conventualium hujusmodi, cum oneribus supra expressis, et divinum cultum respicientibus assignatos eadem libertate, et immunitate a quocumque onere, vel impositione quavis de causa quodcumque facienda, quibus ante assignationem hujusmodi fruebantur, et potiebantur, in posterum quoque perpetuo frui, et gaudere omnino debere statuimus, et declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium.

Clausule salutare, et decretum irritans.

§. 18. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus præmissis,

ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, conventus, et civitatis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima prima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CC.

Datum die 14
septemb. 1772
Anno IV.

Commissio Ordinariis Hispaniarum, et Indiarum eidem regi subiectarum circa reductionem ecclesiarum, et locorum pro immunitate locali, et circa modum extrahendi reos ec.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**a semper fuit paterna Sedis apostolicæ sollicitudo, et decus, cultus, ac reverentia omni jure debita tam sacris templis, ubi rerum omnium conditor Deus in hoc terrarum orbe habitare non dedignatur, quam domibus, locisque sanctis, et religiosis una cum publica regnorum quiete, ac tranquillitate, frequentibus perditissimorum hominum delictis sæpe turbata simul esse possent, ac invicem se respondere viderentur. Hac itaque de re ejusdem Sedis benignitas, non quidem raro, certis sub modis ecclesiasticæ clementiæ simul atque ecclesiarum decori congruentibus,

Usus Ecclesie circa immunitatem quoad loca sancta, et religiosa.

eos, qui nonnulla gravia facinora patrassent, a beneficio immunitatis ecclesiasticæ exclusos esse decrevit atque piissimorum principum petitionibus annuens, juxta peculiare cujuscumque domini ac status necessitates, numerum locorum ecclesiastica immunitate fruentium ita cohibuit, ut plura ex illis, quæ juxta veterem, ac justissimam disciplinam immunitate hac gaudere debuissent, ab ea exclusa esse declaraverit.

Constitutiones Pontificum hæc super de re editæ.

§. 2. Celeberrimæ sane super his sunt constitutiones nonnullorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, præsertim vero illa felicitis recordationis Gregorii pp. XIV., quæ incipit = Cum alias nonnulli = et alia piæ memoriæ Benedicti pp. XIII., cujus initium est = Ex quo divina = ac altera recolendæ memoriæ Clementis pp. XII. incipien. = In supremo justitiæ solio = ac demum altera novissima felicitis pariter recordationis Benedicti pp. XIV. cujus est initium = Officii Nostri ratio = quæ omnibus christifidelibus collaudantibus, benedicientibus, et plaudentibus in lucem prodierunt.

Qui excludantur a beneficio asyli.

§. 3. Hinc a beneficio sacri asyli exclusi fuerunt in memorata constitutione ejusdem Gregorii prædecessoris publici latrones, grassatores viarum, vastatores agrorum, et qui homicidia, aut mutilationes membrorum in publicis ecclesiis, earumque cæmeteriis committere audent, nec non proditorie interficientes proximum suum, ac rei assassinii, hæresis, ac læsæ majestatis. In dicta vero constitutione ipsius Benedicti XIII. prædecessoris, non solum præscriptæ fuerunt plures declarationes, et ampliaciones adversus reos eorundem delictorum, sed etiam a privilegio, atque ecclesiasticæ immunitatis beneficio exclusi declarati fuerunt quicumque homicidium animo præmeditato, et deliberato patrans, falsarii literarum apostolicarum, ministri montium Pietatis, vel alterius publici telonii, ac banchi furtum, aut falsitatem committentes, ac adulterantes, vel tondentes monetas aureas, vel argenteas, ac illi, qui nomine curiæ abutentes se se introducunt in alienas domos, ibique rapinas committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum. Postmodum quoque memorati Clemens XII., et Benedictus XIV. prædecessores, suis respective constitutionibus prædictis non solum leges hujusmodi ab eisdem Gregorio, et Benedicto XIII., ut præfertur, editas amplissime confirmarunt, atque adproba-

Bull. Rom. Tom. IV.

runt, sed etiam pro publico bono, ac tranquillitate status ecclesiastici novas ampliaciones, et declarationes superaddiderunt, easque aptissimas ad magis magisque coercendam audaciam prædictorum hominum, simulque populorum quietem inde assequendam, ac alias, prout in eisdem quatuor apostolicis literis prædictis, quarum tenorem, et accuratissimum loquendi modum præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Manifestæ quoque sunt, ac quidem dignæ paterna Sedis apostolicæ charitate, peculiare dispositiones, et provisiones, quæ interdum beneficio nonnullorum regnorum, ac dominiorum prodierunt juxta necessitates ab eorum respective principibus expositas, quæque accommodatæ erant peculiaribus circumstantiis, ingenio, moribus, et indigentis cujuslibet nationis.

§. 4. In solemnem quidem tractatu absoluto, et subscripto in hac alma urbe Nostra die xxvi septembris MDCCXXVII a ministris plenipotentariis ejusdem Clementis XII. prædecessoris, et claræ memoriæ Philippi V, dum vixit, Hispaniarum regis catholici, tam secundus, quam tertius, et quartus ex illius articulis, adamussim provisiones ab eodem Philippo rege, quoad immunitatem pro regnis Hispaniarum petitiæ, atque ab ipso Clemente prædecessore benigne indultæ complectuntur; quandoquidem in eis, sub certis modo, et forma tunc expressis præscriptum fuit, ne asylius reis assassinii, læsæ majestatis, atque iis, qui adversus regia dominia, ac status conspirassent, suffragari deberet, ac præterea ibidem conventa quoque fuit extensio ad prædicta regna Hispaniarum memoratæ, et tunc novissimæ constitutionis ipsius Clementis XII. prædecessoris incipientis = In supremo justitiæ solio = editæ pro ecclesiastico statu, quam proinde idem Clemens prædecessor suis in simili forma Brevis die xiv. novembris MDCCXXXVII. expeditis literis ad dicta Hispaniarum regna extendit, et ampliavit. Æque insuper rejectus fuit prætextus immunitatis allegari solitus in regnis prædictis juxta praxim communiter ibidem nuncupatam = d'ecclesias frias = et a numero ecclesiarum immunitium sub certis modo, et forma tunc pariter expressis, solitaria loca, eremitoria nuncupata, ac rurales ecclesiæ exclusæ remanserunt.

Tractatus inter sanctam Sedem, et Hispaniarum regem catholicum quoad immunitatem pro regnis Hispaniarum.

§. 5. Pari deinde benignitate, ac

Declarationes quoad dubia

P p p

hac super ma-
teria exorta.

indulgentia tam a memorato Benedicto XIV., et a felicis recordationis Clemente pp. XIII. prædecessoribus Nostris, quam a Nobis ipsis principum, et nationum petitionibus, et necessitatibus consultum fuit, quippe quia in nonnullorum regnorum, ac populorum utilitatem non solum supervenerunt novæ declarationes quoad dubia exorta circa casuum interpretationem, qui pridem excepti reperiabantur, sed etiam alia gravia delicta, non quidem comprehensa in præcedentibus generalibus constitutionibus, ab immunitatis beneficio exclusæ fuerunt, ac præ desiderio summo impediendi, quoad fieri posset, frequentiam criminum, ac faciliorem reddendi eorum punitionem juxta nonnullorum principum vota, quoad certa domitia, et status magis cohibitus fuit numerus sacrorum asyloꝝ, exclusas declarando a beneficio immunitatis non solum plures ecclesias rurales, sed etiam quasdam partes exteriores quarumcumque ecclesiarum, nec non cappellas, et oratoria domorum privatarum, aliorumque principum virorum, licet suffulta privilegio cappellarum publicarum, et januam in publica via habentia, nec non cappellas arcium, et castrorum, etiamsi in eis augustissimum eucharistiæ sacramentum asservetur, nec non turres pro campanis ab ecclesiis separatas, ecclesias dirutas, et profanatas, atque viridaria, et hortos, quæ a muris circumdata, et in clausura comprehensa non essent; præterea apothecas, ac domos unitas ecclesiis, aliisque domibus religiosis inter se communicationem interiorem habentes, pariterque domos a presbyteris, aliisque ecclesiasticis inhabitatas prope ecclesiam existentes, exceptis solum domibus, in quibus parochi commorantur, et quæ intus communicationem immediate habeant cum ecclesia parochiali, ac alias prout in eisdem concessionibus, et indultis nonnullis principibus, ut præferatur, elargitis, quorum etiam tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

In suo regno petit rex Hispaniarum, ut loca immunitatis ad unum, vel duo ad plurimum cohibeantur, in qualibet civitate, vel loco, ne graviora incommoda offendantur.

§. 6. Licet autem prædictæ sive universales, sive peculiare apostolicæ dispositiones provide, et consulto editæ comperiantur, ac satis idcirco aptæ ad deterrendos, coercendosque perditos homines censerî possent, nihilominus cum religiosissimo, atque carissimo in Christo filio Nostro Karolo earumdem Hispaniarum regi catholico minime suffi-

cientes visæ fuerint ad compescendos sibi subditos populos propter peculiarissimos eorum mores, et rationes, dum compertum habuit ex longa experientia diuturni gubernii memorati Philippi regis ejus genitoris, et sui ipsius regiminis, quam parum, ac fere nihil contulerint publicæ quieti amplissimorum suorum dominiorum dictæ provisiones quantumvis validæ, et efficaces eidem Philippo regi a memorato Clemente prædecessore indultæ, ita ut nullus alius excogitari possit modus, neque remedium ullum inveniri, quo in regnis suis prædictis utiliter arceantur, ac impediantur tot præjudicia miseræ humanitatis, christianæ charitatis, publicæ salutis et tranquillitatis, morumque integritatis, nisi refugiorum, et asyloꝝ numerus, quemadmodum ab antiquissimis temporibus ex usu, et generali consuetudine privilegio forsitan, et apostolica auctoritate adprobata, in ditionibus regni Valentix diminutus admodum reperitur, ita et in omnibus civitatibus, ac locis regnorum Hispaniarum, et Indiarum, ad unum, vel duo ad summum cohibeatur in unaquaque civitate, seu loco, habita earum, seu eorum respective amplitudinis ratione condigna, ita ut pro refugio, et asylo illa reputentur, quæ proposita, et assignata fuerint ab Ordinario ecclesiastico in unaquaque ex civitatibus, locisque prædictis. Nobis propterea idem Karolus rex enixe, atque humiliter supplicati fecit, ut pro bono reliquarum ejus ditionum, et regnorum id, quod in Valentix regno prædicto servatur, quodque ita expediens, ut solum, atque unicum remedium vere utile, immo necessarium sit publicæ tranquillitati, ac bono ejus dominiorum, ad easdem reliquas ipsius ditiones, et regna Hispaniarum, atque Indiarum auctoritate Nostra apostolica ampliatur, et extendatur.

§. 7. Nos igitur justis votis, ac desiderio regis tam pii, religiosi, bonorumque morum, et honoris omnipotentis Deo, ac Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ debiti amantissimi annuere volentes, ejusque erga hanc sanctam Sedem obsequium, amorem, et in Ecclesiæ juribus non minuendis singulare studium quam maxime in Domino commendantes, ac sequentes vestigia aliorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, qui præter generales leges, quoad ecclesiasticam immunitatem editas ad impediendos abusos humanæ malitiæ, persæpe etiam ma-

Indulget Pontifex juxta preces, et locorum immunitatem designationem arbitrio Ordinariarum committit

jori distinctione singularibus unius ditionis, seu regni indigentis peculiariter consulere voluerunt ope declarationum, et definitionum, quæ eisdem ditionibus, et regnis juxta populorum mores, atque necessitates essent accommodatæ, ad quem sane effectum nequaquam dubitarunt minuere etiam, atque admodum cohibere confugiorum numerum, et præterea nonnullas ecclesias, ac loca, quæ ecclesiastica immunitate tam jure, quam ex legitima disciplina fruebantur, ab ea exclusas declarare: motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, et singulis venerabilibus fratribus Nostris patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, nec non dilectis filiis, cæterisque Ordinariis ecclesiasticis regnorum omnium Hispaniarum, atque Indiarum subjectorum dominio ipsius Karoli regis, ejusque legitimorum successorum per præsentis injungimus, committimus, et mandamus, ut quoties fieri poterit, ac saltem intra annum a die, qua præsentis Nostræ literæ sibi insinuatæ fuerint, computandum, in unaquaque civitate, et respective loco eorum jurisdictioni subjecta, sive subjecto, unam, seu ad summum duas ecclesias, aut loca ecclesiastica, juxta amplitudinem earumdem civitatum, seu locorum assignare, atque assignationem hujusmodi publicare debeant, et teneantur; ita ut in dictis ecclesiis, seu locis dumtaxat, a die prædictæ publicationis in posterum servanda tantummodo erit, atque colenda ecclesiastica immunitas, sacrumque asylum juxta formam sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum, neque ulla alia ecclesia, sive locus sacer, sanctus, et religiosus pro immuni habenda, seu habendus erit, quamvis de jure, et consuetudine talis per antea fuisset, ac in posterum esse deberet.

Sublato beneficio immunitatis a pluribus ecclesiis minoribus, ex locis sanctis, extractio reorum permittitur servata reverentia eisdem locis debita, obtenta licentia superiorum ecclesiasticorum si reus ecclesiæ sit nuncupatus, vel sæcularium potestatum, si reus laicus extiterit.

§. 7. Quia vero pro comperto habemus, quod eximia pietas, atque religio ejusdem Karoli regis passuræ minime eruat, ut sublato beneficio immunitatis localis a tot ecclesiis, totque locis sanctis, quæ exclusæ, atque respective exclusæ erunt a cohibita declaratione per Ordinarios prædictos publicanda, illæ, et illa remanere, ac haberi debeant quasi domus, et viæ profanæ, expositæ idcirco cuicumque incursionem quandoque incongruæ, ac minus rectæ executorum justitiæ: hinc eisdem ecclesiis, et locis quamvis locali immunitate non amplius gaudentibus, con-

Bull. Rom. Tom. IV.

venientem devotionem, cultum, et venerationem in posterum quoque debitam esse volumus, atque sancimus; ita ut procul absit quæcumque minus reverens actus, aut violentia juxta sanctissimas suasionem antiquo, universali, semperque constanti spiritu Ecclesiæ infusas, atque ab eodem Benedicto XIV. in suis literis prædictis, in §. Illud etiam = expositas, atque relatas. Ut autem facilitas extractionum cujuscumque rei, sive ecclesiastici, sive sæcularis, qui propter quodcumque delictum confugii causa reperitur in dictis ecclesiis, et locis non amplius immunitate gaudentibus, simul esse possit, cum reverentia eis nihilominus debita, præscribimus, et mandamus, ut quoties personæ sive ecclesiasticæ, sive sæculares ab eisdem ecclesiis, seu locis non amplius immunibus extrahendæ erunt; quoad ecclesiasticos, ecclesiastica potestas per se ipsam procedere debeat, ea animadversione debita rebus, et locis Altissimo consecratis: quoad laicos vero in primis urbanæ petitionis officium a ministris curiæ laicalis peragendum erit, nulla tamen adhibita scripturæ forma, et absque eo, quod ipsi causam petitionis exponere debeant illi ecclesiastico, qui titulo vicarii seu generalis, seu foranei, seu quocumque alio titulo in civitate, seu loco auctoritatem, et jurisdictionem episcopalem, seu ecclesiasticam representare contingat, ipsoque absente, seu deficiente, nec non in quocumque repugnantia casu, eadem urbana petitio alteri ecclesiastico viro, qui in civitate, seu loco præ cæteris spectabilis sit, atque ætate gravis, facienda erit; et vicarius generalis, sive foraneus, aut aliter nuncupatus, nempe rector, sive parochus ecclesiæ, aut superior localis, quoties de ecclesia regularium, æque, ac prædictus ecclesiasticus vir, ita moniti, statim, nulla nec minima mora adhibita, et absque aliqua causæ cognitione permittente teneantur extractionem sæcularis illico exequendam a ministris potestatis ecclesiasticæ, quatenus in promptu sint, alioquin a ministris brachii sæcularis, semper tamen, et in quocumque casu cum præsentia, ac interventu personæ ecclesiasticæ.

§. 9. Idque totum in præsentibus rerum circumstantiis præscribendum esse censuimus ad unicum dumtaxat finem, et effectum, vitandi scilicet inordinationes in actu extractionis ab ecclesia, seu alio loco religioso, atque ut cultus, et decor Domini locis sacris,

Ratio consecrationis, et præceptum de servandis ecclesiasticis sanctionibus, quoad loca immunitatis.

et sanctis, licet privilegio localis immunitatis non amplius suffultis, quoad fieri potest, in posterum quoque servetur. Cæterum quoad ecclesiam, seu ecclesias, locum, seu loca, quæ, ut præfertur, ab Ordinariis pro immunibus assignata, et publicata erunt, sancimus, et mandamus, ut dispositiones sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum exacte observentur, ita ut intemerata, ac libera sint a quacunque attentatorum specie, neque ii, qui in illis se receperunt, et ad ea confugerunt extrahi inde possint, nisi in casibus a jure permissis, diligenterque servatis, circa modum extrahendi, regulis ab eisdem sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis præscriptis: præclaræ insuper, ac singulari pietati ipsius Karoli regis, ejusque successorum pro præcipuo apostolici Nostri ministerii debito, majori, quo possumus, paterni cordis affectu in Domino commendantes, ut speciali protectione decus aliarum reliquarum ecclesiarum, ac omnium aliorum locorum sacrorum, sanctorum, et religiosorum asserere, et tueri velint, ac curent, ne quidquam a propriis ministris justitiæ, sive a quocunque alio eorum subdito, in ecclesiarum, et locorum hujusmodi dedecus, atque injuriam peragatur; quod sane absque superni Numinis offensione, absque piissimi eorum animi, et propriæ rectæ conscientiæ dolore, et absque christianorum populorum admiratione, et scandalo minime potest evenire. Decernentes easdem præsentis litteras, et in eis contenta quæcumque semper, atque perpetuo firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 10. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosve quoslibet quacunque præ eminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio colle-
riorum.

§. 11. Non obstantibus præmissis,

aliisque apostolicis, ac in universalibus, et provincialibus, synodalibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque prædecessorum Nostrorum litteris, privilegiis, indultis, facultatibusque, quibuscumque personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, vel alias quomodolibet in contrarium concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, ac individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima secunda septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCI.

Confirmantur nonnulla privilegia pro ordine beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum.

Datum die 17.
septemb. 1772.
Anno IV.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Eliseus a Conceptione procurator generalis fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum congregationis Italiæ, quod novissimis temporibus die nempe xvii. julii currentis anni a definitorio generali ordinis, et congregationis hujusmodi habito in hac alma urbe No-

Tenor precum
correctarum.

stra, et in conventu sanctorum Theresiæ, et Joannis a Cruce editum fuit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decreta lata, quoad privilegia, quibus frui debent ex-generales, ex-definitores generales, ex-procuratores generales, et ex-provinciales ordinis.

§. 2. Cum ab anno MDCCLXVII, a tunc temporis præposito generali, ejusque generali definitorio propositum fuerit congregationis universæ provinciis nunc ad rectum in congregatione ordinem tuendum, atque etiam regularis disciplinæ bonum in dies augendum ad sanctam Sedem recurrendum esset pro subjectis assequendis privilegiis in favorem exgeneralium, exdefinitorum generalium, exprocuratorum generalium, et exprovincialium. Quod exgenerales spectat, ut ii videlicet jure gaudeant suffragii in omnibus generalibus comitiis, in quibus juxta electionum suarum seriem consedeant ex parte sociorum, et ante omnes provinciarum socios; pariter eodem suffragii jure potiantur in capitulis provincialibus suæ respective provinciæ, in quibus post provinciale definitorium juxta electionum suarum seriem quoque sedeant. Extra comitiorum tempus in actibus communitatis sedeant post definidores provinciales, ac priores hospitii: ab officiis in communi tabula describi solitis, atque a missarum ordine sint exempti: socium designatum ad exeundum habeant; atque in capitulis culparum possint, si velint, non se accusare, quemadmodum actuales definidores provinciales. Exdefinitores generales vero, exprocuratores generales, et exprovinciales dummodo proprio munere non abrenunciaverint, jure suffragii gaudeant in omnibus provincialibus suæ respectivæ provinciæ comitiis, in quibus juxta suarum electionum seriem post priores, et ante omnes cœnobiolorum socios sedeant. Extra vero comitiorum tempora in actibus communitatis sedeant immediate post superiorem conventus, ubi morabuntur, vel commorari contigerit: ab officiis communis tabulæ, et ab ordine missarum sint quoque exempti, designatum sibi socium ad exeundum habeant, et ad quotidianam post cœnam culparum correctionem non teneantur genoflectere. Cumque pro hujusmodi ad sanctam Sedem recurso major provinciarum pars suum præstiterit assensum, quem æquivalere assensui integri capituli generalis definitorium nostrum generale declarat; idem definitorium nostrum generale demandavit, ac R. P. N. procuratori generali commisit, ut totius congregationis italicæ nomine libellum supplicem

sanctissimo domino Nostro Clementi XIV., quem Deus optimus Maximus diu sospitem servet, porrigat pro descriptis obtinendis privilegiis, in quo exprimat, modernum præpositum generalem, ac modernos definidores, et procuratorem generalem (ne propriam, non vero totius religionis causam orasse videantur) libentissime paratos esse excipi, et excludi ab enunciatis privilegiis, si eosdem excludere, atque excipere Sanctissimus dignabitur, pro quo humillime supplicant = fr. Eusebius a sancta Maria præpositus generalis = fr. Clemens a Jesu definitor generalis = fr. Pius a sancto Dominico definitor generalis substitutus, et definitorii secretarius.

§. 3. Obsequendo itaque patefactæ sibi voluntati, ac decreto ejusdem generalis definitorii, dictus exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut memorata privilegia, quibus tamquam opportunis, ac præsentis tempore necessariis, major, ac sanior ipsius congregationis pars suum jamdudum præbuit assensum tam exgeneralibus, atque exdefinitoribus generalibus, quam exprocuratoribus generalibus, et exprovincialibus in præmium suorum respective laborum, exceptis, ut præfertur, iis, qui præpositi generalis, definitorum generalium munere nunc funguntur, ac ipso quoque exponente moderno procuratore generali, concedere, ac indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur, attentis expositis, ac relatione dilecti filii Nostri Ferdinandi Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de Rubeis nuncupati pro venerabili fratre Nostro Friderico Marcello episcopo Portuensi ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Lante pariter nuncupati dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectore Nobis facta, hujusmodi supplicationibus benigne annuendo, eidem Friderico Marcello episcopo cardinali, et protectori injunximus, ut præinsertum decretum definitorii generalis prædicti pro suo arbitrio, et prudentia approbaret, et confirmaret, ac alias prout in rescripto die xiv. superioris mensis augusti edito a venerabili fratri Francisco archiepiscopo Patracensi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum secretario, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, ube-

Imploratur apostolica confirmatio decretorum jam a congregatione approbatorum.

Comittitur cardinali episcopo Portuensi, ut pro sua prudentia decreta ipsa confirmet, quatenus id expediri poterit, et ad tramites rescripti s. congregationis episcoporum, et regularium.

rius continetur. Ipse vero Fridericus Marcellus episcopus cardinalis, et protector facultatem sibi ex dicto rescripto attributam eidem Ferdinando Mariæ cardinali delegavit, isque idcirco suum protulit decretum, sive rescriptum, in quo memorata privilegia in favorem eorundem exgeneralium, exdefinitorum generalium, exprocuratorum generalium, et exprovincialium conceduntur, sed etiam comprehensi sunt ii, qui præpositi generalis, definitorum generalium munere funguntur de præsentem, et ipso quoque exponente moderno procuratore generali, non obstante renunciatione ab eis sponte facta, et in præcibus expressa, ac prout uberior in eodem rescripto, seu decreto continetur, cujus tenor est qui sequitur nempe.

Tenor decreti
s. congregationis.

§. 5. Auctoritate ab eminentissimo cardinali Lante ordinis fratrum carmelitarum excalceatorum apud sanctam Sedem protectore Nobis specialiter subdelegata, utendo facultatibus in inserto sacræ congregationis rescripto eidem eminentissimo protectori benigne impartito memoratum decretum definitorii generalis dictorum fratrum congregationis Italiæ nuncupatæ editum sub die 17. julii currentis anni 1772, una cum declarationibus, conditionibus, limitationibus, aliisque omnibus in eo contentis, et expressis, excepta tantum renunciatione, exemptionibus, juribus, ac privilegiis in supradicto definitorii generalis decreto, ad rectum in præfata congregatione ordinem tuendum, bonumque disciplinæ regularis augendum de novo statutis, atque elargitis, emissa per modernos præpositum, definidores, ac procuratorem generales, qui ad instar aliorum religiosorum, quibus competere dignoscuntur, iisdem exemptionibus, juribus, et privilegiis etiam pro meliori eorum congregationis regimine potiri, gaudere, uti, et frui licite poterunt, ac respective debebunt, consensum majoris partis provinciarum totius capituli generalis æquivalere declarantes, et quemcumque defectum, si qui forsitan intercesserit, ne ullo unquam tempore hujusmodi gratiæ concessionem opponi valeat in hac parte plenarie supplentes, tenore præsentium approbamus, et confirmamus; insuper postquam in executionem enunciati rescripti sacræ congregationis super his omnibus literæ apostolicæ in forma Brevis obtentæ, atque expeditæ fuerint, ut eadem literæ ordinis constitutionibus inserantur, ac in perpetuum sancte, fideliterque serven-

tur, auctoritate, qua supra, decernimus, atque jubemus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis fratrum excalceatorum congregationis Italiæ nuncupatæ statutis, decretis, indultis quoque specialibus, ac privilegiis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Loco ✕ signi.

F. M. card. de Rubeis.

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quo firmiter præmissa omnia subsistant, et serventur exactius dictus Eliseus procurator generalis apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos itaque dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum rescriptum ejusdem Ferdinandi Mariæ cardinalis cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus. Decernentes ipsas præsentem litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac iusolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in gene-

Confirmatur
rescriptum edi-
tum ab episco-
po Portuensi

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

re, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 17^{te}
septemb. 1772.
Anno IV.

CGII.

Confirmatur resolutio capituli generalis ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo congregationis Mantuanæ super prorogatione ad sexennium officii vicarii generalis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Providentiæ
captæ a Bene-
dicto Pontifice
XIV. quoad
conventus or-
dinis fratrum
beatæ Mariæ
de monte Car-
melo.

§. 1. **A**lias felicitis recordationis Benedictus papa XIV. prædecessor Noster cum accepisset, quod omnes fere conventus ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo congregationis Mantuanæ propter tunc jam præterita bella, et onerosas, gravissimasque contributiones antea solutas, atque ob æs alienum contractum in angustiis, et miseriis ita versarentur, ut impares se se haberent ad subeundas ingentes, necessariasque expensas pro celebratione capituli generalis dictæ congregationis quolibet triennio faciendæ, tam pro accessu vocalium ad domum capitularem, quam pro illorum regressu ad proprios respective conventus, ita ut æs alienum contrahere de novo cogerentur; feliciori ejusdem congregationis regimini, ac indemnitati, et regularis disciplinæ, decretorumque in capitulis generalibus præscriptorum, et in visitatione a vicariis generalibus editorum observantiæ consulere volens, motu proprio, ac ex certa sua scientia, et matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, et singulis dictæ congregationis fratribus votum, seu suffragium in capitulo generali memoratæ congregationis, quod post dominicam tertiam paschatis resurrectionis anni MDCCLV. celebra-

dum erat habentibus, præcepit, injunxit, et mandavit, ut ipsi in unum congregati, Deum, et ipsius congregationis decus, illiusque incrementum, et utilitatem præ oculis habentes, dissidiis, partiumque studiis procul amotis, postquam ad electionem novi vicarii generalis dictæ congregationis devenissent, hoc dubium sibi proponi curarent, an munus vicarii generalis tum per jam electum in dicto capitulo, tum per alios vicarios generales deinde eligendos per sexennium explendum, et futuris temporibus capitulum generale memoratæ congregationis de sexennio in sexennium celebrandum esset, initisque subinde suffragiis secretis super hujusmodi dubio, illisque collatis, si unum supra medietatem suffragiorum votum accessisset, illud admissum, sin minus rejectum intelligeretur; ita tamen, ut suffragia si supra medietatem in eo accessissent, vicarius generalis jam in eodem capitulo electus per sexennium sibi demandatum officium cum solitis prærogativis, facultatibus, præeminentiis, et auctoritate explere posset, et deinde de sexennio in sexennium capitulum generale memoratæ congregationis celebrari omnino deberet. Præterea idem Benedictus prædecessor voluit, statuit, atque decrevit, ut vicarius generalis electus, et ad sexennium deinde admissus, alique vicarii generales sic ad sexennium eligendi, visitationem congregationis hujusmodi per vicarios generales explendam duabus dumtaxat vicibus in quolibet sexennio peragere teneretur; elapsis vero tribus annis post celebrationem capituli generalis, definitorium in aliqua parte magis commoda indicere, ac convocare, et ad illud accedere deberet, in quo omnia, et singula ea peragenda essent, quæ peragerentur in ipso capitulo generali, si de triennio in triennium celebraretur, exceptis tamen electionibus vicarii generalis, procuratoris generalis, et definitorium hujusmodi, qui ad sexennium durare deberent; quodque si contigeret, aliquem ex definitoribus in capitulo generali electis, vel in primo, vel in secundo triennio ab hac luce decedere, seu definitor aliquis quacumque de causa sibi demandatum munus dimitteret, seu quocumque modo, vel causa officium definitoris cessaret, et vacaret, eo casu absque ulla convocatione definitorii, in locum sic vacantis magis antianus, qui pro dicta natione in alio capitulo generali electus fuisset, et definitoris munus explevisset, in definitorem ele-

ctus censeretur, dictusque antianus possessionem, seu quasi possessionem definitoriatus vacantis, dummodo nullum canonicum ei obstaret impedimentum, statim sumere, et officium exercere eo ipso, omnibusque, et singulis prerogativis, facultatibus, et honoribus, gratis, et indultis similibus definitoriis competentibus frui posset, et valeret; quatenus vero dicti vocales præfatum dubium minime amisissent, tunc ipse Benedictus prædecessor omnia, et singula per dictæ congregationis constitutiones præscripta, et juxta consuetudinem usque tunc observatam quoad celebrationem capituli generalis, et visitationes peragendas servari mandavit, ac alias prout in ejusdem Benedicti prædecessoris literis in simili forma Brevis die x. junii MDCCLII. expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Cum in omnibus exequi amplius comode nequirent præscripta a superioribus laudato Pontifice, derogatio exposulatur circa plurima in apostolica constitutione comprehensa.

§. 2. Nuper vero exponi Nobis fecerunt dilecti filii Franciscus Tomini vicarius generalis, et modernus procurator generalis dictæ congregationis, quod licet in ejus capitulo generali prædicto deinde habito Bononiæ anno MDCCLV. justis ex causis magis opportunum visum fuerit, dubium super sexennali prorogatione hujusmodi eidem capitulo generali minime proponere; nihilominus cum dicti exponentes probe novissent, quod ejusdem congregationis conventus magis magisque in dies impares evadebant ad subeundas triennio quolibet expensas capituli generalis, propter frequentes annorum calamitates, atque infortunia, quæ ubicumque in dies crescunt, et augentur, ac propter diminutum quoque numerum conventuum ipsius congregationis; quocirca in capitulo generali celebrato in eadem civitate Bononiensi anno MDCCLXX. prædictus vicarius generalis proposuit sexennalem prorogationem hujusmodi inchoandam mense maio MDCCLXXIII., quatenus ad id Nostra, et hujus sanctæ Sedis superaccessisset auctoritas, atque facultas. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, sexennalem prorogationem prædictam a memorato vicario generali propositam idem capitulum summo quidem plausu, et canonicè admiserit, ratamque habuerit, hinc dicti exponentes resolutionem capitularum hujusmodi una cum omnibus in præfatis literis ipsius Benedicti prædecessoris contentis, et expressis ad majorem congregationis hujusmodi utilita-

tem, ac bonum per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Nostri Friderici S.R.E. cardinalis Lante episcopi Portuensis totius ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectoris, prædictam resolutionem capituli generalis memoratæ congregationis Bononiæ habiti anno MDCCLXX. qua eadem sexennalis prorogatio admissa fuit una cum legibus, et declarationibus contentis, et expressis in præfatis literis ejusdem Benedicti prædecessoris, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac invariabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum defectus, supplemus, et sanamus. Declarantes insuper, quod deficiente aliquo ex definitoriis respectivarum nationum, si nullus supersit in ea natione religiosus definitoris munere functus, in locum deficientis subingrediat antiquior magister ejusdem nationis; quodque si deficiencia alicujus definitoris, ut supra, contingat tempore dietæ, vel paucis diebus ante convocationem definitorum, ita ut tempus non supersit pro tempestiva vocatione religiosi, ut supra subrogandi, possit definitorium pro illa sola dieta, religiosum idoneum cujusvis nationis in promptu existentem, salvo jure subingressus in posterum favore illius, ad quem spectat, subrogare; et quod deinceps, si in capitulo generali aliqua non inveniatur ex sex nationibus congregationem Mantuanam hujusmodi, ut præfertur, componentibus, pro ea vice non sit locus electioni definitoris ejusdem nationis, sed pro complendo quinquennario numero definitorum a constitutionibus præscripto, in ejus locum eligatur definitor ex natione, quæ cæteris quin juxta turnum illo carere debuisset

Annuat Pontifex derogationi juxta preces

Decernit præseutes literas firmas, et efficaciæ continuæ esse debere.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Et ab omnibus iudiciis exequendas.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari et defini debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis non obstantibus, quibuscumque derogatur.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIII.

Datum die 18
septemb. 1772
Anno IV.

Prævia extentione facultatum alias domino cardinali Marefusco visitatori apostolico collegii Hibernorum de Urbe collegium idem subiicitur jurisdictioni pro tempore existentis cardinalis protectoris regni Hiberniæ.

Dilecto filio Nostro Mario S. R. E. presbytero cardinali Marefusco nuncupato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **A**lias Nos pro pastoralis officii Nostri debito consulere volentes utilitati, et progressui alumnorum existentium in collegio Hibernensi, quod dudum in hac alma urbe Nostra bonæ memoriæ Ludovicus, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Ludovisius erexerat, quodque felicitatis recordationis Innocentius pp. X. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xxii. maii MDCXLVII. expeditas literas de jurepatronatus tunc in humanis agentis Nicolai Ludovisi principis Plumbini, et Venusæ, ejusque descendendum esse declaraverat, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine, te per alias Nostras in pari forma Brevis die vi. martii MDCCLXXI. expeditas literas ejusdem collegii visitatorem apostolicum deputavimus cum facultatibus necessariis, et opportunis, collegium prædictum, ejusque rectorem, superiores, et alumnos in capite, et in membris visitandi, in illorum statum, vitam, mores, et disciplinam diligenter inquirendi, nec non sacrorum canonum, et generalium conciliorum decretis inhærendo, quæcumque mutatione, et revocatione indigere cognovisses, mutandi, et revocandi, abusus quoscumque tollendi, regulas, et dicti collegii statuta observari faciendi, et quatenus opus esset, de novo condendi, ac reddituum bonorum ejusdem collegii rationem petendi; rectorem, aliosque superiores, et officiales haud idoneos removendi, et alios habiles, et capaces subrogandi, alumnos quoque inhobedientes dimittendi, et quidquid statuisses observari faciendi, obedire recusantes per censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque ju-

Providentiæ alias captæ pro utilitate, et progressu alumnorum existentium in collegio Hibernensi

ris, et facti remedia compescendi, contra delinquentes quoscumque processus, secreto tamen, et sine strepitu, et forma iudicii formandi, aliaque in præmissis, et pro hujusmodi munere rite, et recte explendo necessaria, et opportuna mandandi, et exequendi.

Alias providentias opportuno res sumendas sibi Pontifex reservavit.

§. 2. Volumus autem, ut si quæ graviora in visitatione hujusmodi reperisset, Nobis referres, ut quid desuper statuendum foret, matura consideratione adhibita, decerneremus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Posteaquam igitur demandatam tibi ejusdem collegii visitationem laudabiliter, indefessa cura, et singulari prudentia peregeras, omnium rerum, et circumstantiarum visitationem hujusmodi quoquo modo respicientium seriem Nobis quam diligentissime retulisti,

Derogatur testamento cardinalis Ludovici, in ea parte, quæ curam collegii concessit presbyteris regularibus societatis Jesu.

§. 3. Nos itaque, illis omnibus mature perpensis, consideratisque, præter quascumque alias facultates in eisdem Nostris literis tibi, ut præfertur, attributas, atque concessas, quas per præsentem, quatenus opus sit, confirmamus, et approbamus, ac de novo etiam concedimus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, tibi, facultatem quoque derogandi ultimæ voluntati, ac testamento condito ab eodem Ludovico cardinali Ludovico anno MDCXXIX., seu alio veriori tempore in ea parte dumtaxat, qua ipse commisit, et tradidit fidei, et curæ presbyterorum regularium societatis Jesu gubernium dicti collegii ab ipso erecti, nec non sententiæ rotali deinde favore eorundem presbyterorum regularium editæ die xxiv. januarii MDCXXXV., seu alio pariter veriori tempore adversus memoratum Nicolaum principem Ludovisi, ac fratres ordinis minorum sancti Francisci reformatorum conventus sancti Isidori de urbe, ac omni, et cuicumque alio titulo quomodolibet ad ipsos presbyteros regulares, eorumque præpositum generalem, et societatem spectanti, et pertinenti, cujus vigore in gubernio, et administratione dicti collegii perseverare ipsi quomodolibet possent, eosdemque presbyteros regulares, præpositum generalem, ac quemcumque alium ex eis, a gubernio, et administratione, ac alia quolibet directione ipsius collegii removendi, cæteraque in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna

faciendi, gerendi, et decernendi tribuimus, et impertimur.

§. 4. Volumus autem, ut quoad titulum juris patronatus, quod super collegio prædicto sibi asserere possent hæredes memorati principis Nicolai Ludovisi, nihil penitus innovetur, nec quidquam novi constituatur, sed res in eo statu, in quo de præsentibus sunt, ac prout de jure, et quatenus de jure manere debeant, ac præterea dictum collegium auctoritati, et immediatæ jurisdictioni tuæ, ac pro tempore existentis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis apud Nos, et Sedem apostolicam regni Hiberniæ protectoris motu scientia, et potestatis plenitudine similibus perpetuo subiicimus, atque supponimus.

Jus patronatus collegii reservatur favore principis Plumhini, illiusque hæredes.

§. 5. Non obstante memorati Ludovici cardinalis etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac aliis omnibus, et singulis, quæ in dictis Nostris literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatur omnibus in contrarium faciendis.

CCIV.

Datum die 18 septemb. 1772. Anno IV.

Indulgentia plenaria, ab Innocentio XI chordigeris interessentibus processioni proprii sodalitiis singulis mensibus fieri solitæ concessa, ad eosdem legitime impeditos extenditur; ac insuper, ut animabus fidelium defunctorum per modum suffragii ab ipsis applicari possit, decernitur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Alias felicitis recordationis Innocentius papa XI. prædecessor Noster per suas apostolicas die xxvi. augusti MDCLXXX. in simili forma Brevis expeditas literas omnibus, et singulis confratribus, et consorioribus confraternitatum sub titulo, seu denominatione funiculi sancti Francisci, sive cordigerorum nuncupatorum in ecclesiis fratrum ordinis minorum ejusdem sancti Francisci Conventualium etiam nuncupatorum

Concessio indulgentiæ facta ab Innocentio XI.

ubicumque canonice erectarum, et in posterum erigendarum vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui processioni per easdem confraternitates semel in mense fieri solitæ devote interfuissent, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, qua vice id egissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino perpetuo concessit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris Nostri literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces portæ pro consequendo privilegio applicandi indulgentiam etiam pro defunctis, illamque consequendi etiam ab impeditis.

§. 2. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus procurator generalis fratrum memorati ordinis sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, ipse confratribus, et consororibus confraternitatum hujusmodi dictam indulgentiam in suffragium animarum fidelium defunctorum applicandi; necnon iisdem absentibus, vel aliqua infirmitate, aut quocumque alio legitimo impedimento detentis, ac proinde præmissa peragere minime valentibus indulgentiam hujusmodi consequendi facultatem per Nos largiri summo cupiat, idcirco Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Omnia conceduntur, cum commutatione pii operis.

§. 3. Nos ejusdem moderni procuratoris generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, confratribus, et consororibus confraternitatum prædictarum nunc, et pro tempore existentibus, quoties ab infirmitate, aliove legitimo impedimento detenti fuerint quominus processionem prædictam comitari queant, ut aliud pium opus arbitrio respectivi confessarii ex approbata ab ordinario peragendo, plenariam indulgentiam consequi valeant, dummodo reliqua ad eandem lucrandam injuncta opera exequantur, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus; eisdemque omnibus, et singulis confratribus, et consororibus, ut eandem indulgentiam animabus christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, auctoritate, et tenore similibus concedimus pariter, et elargimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscum-

Bull. Rom. Tom. IV.

que. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 4. Volumus autem ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno quarto.

Fides habenda transumptis

CCV.

Dat. die 19. septemb. 1772 Anno IV.

Commutatio voluntatis circa translationem alicujus vicariæ erectæ in arce Sundermühlen Osnaburgensis diœcesis.

Dilecto filio officiali venerabilis fratris archiepiscopi Coloniensis S. R. I. principis electoris pro civitate, et diœcesi Osnaburgensi deputato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Christianus liberus baro de Nehemen Osnaburgensis, sive alterius civitatis, vel diœcesis, quod alias tunc in humanis agens quondam Sybilla libera baronissa de Nehem abbatissa Domicellarum nuncupatarum in Burchorst, prævia ordinarii facultate instituit vicariam perpetuam sub titulo beatæ Mariæ virginis in arce Sundermühlen, constituta dote eidem vicariæ in capitali bis mille imperialium, ex quo annuus retrahebatur redditus thalenorum octuaginta monetæ illarum partium, respondentium scutis quinquaginta quatuor circiter monetæ romanæ; eiusdem vero vicariæ patronatum reliquit familiæ suæ de Nehem, dummodo ipsius hæres religionem romanam catholicam non deseruisset, et quatenus ab ea deflecteret, tunc voluit, ut jus patronatus beneficii, seu vicariæ hujusmodi devolveretur ad pro tempore existentem abbatissam Borchostensem diœcesis Monasteriensis; ipsum autem beneficium ad ecclesiam catholicam Mellensem pleno jure cum

Expositio precum.

Q q q 2

redditibus, et oneribus pertineret; ac præterea addidit, ut in casu, quo arx Sundermühlensis a familia de Neheim aliquando foret alienanda, tunc beneficium hujusmodi transferendum esset in Melle, ac eadem onera in ecclesia Mellensi peragi, seu adimpleri deberent, atque in eo casu mandavit, ut beneficiato incumberet matutinum dominicis, festivisque diebus sacrum in solatium illius communitatis romanæ catholicæ celebrandi, ac alias prout in ipsius Sybillæ dispositione; seu etiam ultima voluntate, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo, ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Imploratur providentia apostolica ne vicaria removeatur ab arce Sundermühlensi, si arx ipsa in manibus catholicorum perveniret.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, patronatus beneficii hujusmodi nunc ad memoratum Christianum ipsius arcis etiam possessorem pertineat, qui uxorem habet acatholicam, ac filias matris sectam sequentes, sed masculina prole destitutus usque adhuc reperitur, ac ætate proventus forsitan masculos filios in posterum habiturus non erit, ita ut quatenus præfata arx ad acatholicos devolvenda foret, juxta foundationis legem eadem vicaria ad parochialem Mellensem transferri deberet; ipse vero Christianus vicariam prædictam in eadem arce, commutata foundationis hujusmodi lege, perpetuam in quocumque casu per Nos reddere plurimum derideret, et ad hunc effectum tenuem illius dotem propriis bonis auxit, ac domum pro commodo beneficiati a fundamentis extruxit, seu augere, et respective extruere intendit, atque insuper dilecta etiam in Christo filia moderna abbatissa dicti monasterii Borchostensis suum ad id consensum præstitit, dummodo sibi, ejusque in abbatissatu hujusmodi successoribus juspatronatus salvum permaneat, et copia erectionis vigore præsentium Nostrarum literarum noviter faciendæ cum specificatione reddituum antiquorum, et novorum ei tradatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Consulit perpetuo Pontifex derogata lege foundationis, aliisque utilibus adjectis conditionibus.

§. 3. Nos igitur ipsum Christianum specialibus gratiis, et favoribus sequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et abso-

lutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum, qui relationem tuam super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio, discretionis tuæ per præsentibus committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, prædicta lege foundationis minime obstante; petitam perpetuitatem, ejusdem vicariæ in arce Sundermühlensi in spiritualem utilitatem catholicorum ibidem existentium, et addito onere illius possessori habendi cathechesim, et infirmos visitandi, atque juxta consensum præstitum a memorata abbatissa, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, et indulgeas, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula salutaris.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam gravis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus ipsius Sybillæ fundatricis etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentibus, non intendimus juspatronatus hujusmodi in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima nona septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.

Datum die 5.
octob. 1772.
Anno IV.

CCVI.

Temporalibus indigentis monasterii monialium ordinis carmelitarum sancti Dyonisii Parisiensis consulitur, præcepta annua contributione tritici, suppeditanda ex redditibus abbatiae sancti Germani a Pratis ordinis sancti Benedicti, congregationis sancti Mauri.

Clemens episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri Nostro
archiepiscopo Parisiensi salutem,
et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. **D**um universalis Ecclesiae regimen altissimo Dei iudicio infirmitati Nostrae demandatum assidue Nos sollicitos reddit, et ad maxima intentos, non ideo piorum locorum opportunitatibus consulere omittimus, iisque signanter, in quibus tamquam in concluso horto virgines Deo sacrae omnium christianarum virtutum exercitio insumunt opus suum magno præmio destinatum, atque libenter votis obsecundamus piissimi regis, qui animum ad ea nostrum excitare satagit.

Status monasterii, et abbatiae.

§. 2. Nuper siquidem ad Nos cum nomine carissimi in Christo filii Nostri Ludovici francorum, et Navarræ regis christianissimi humiliter delatum sit, ipsum in votis summopere habere, ut temporalibus indigentis monasterii monialium ordinis carmelitarum sancti Dyonisii vulgo saint Denis Parisiensis diocesis opportuno subsidio consulatur, quodque id satis assequi videretur, quatenus ex redditibus abbatialis mensæ monasterii abbatiae nuncupati sancti Germani a Pratis Parisiensis vulgo saint Germain de Prez denominati ordinis sancti Benedicti congregationis sancti Mauri eidem sanctimoniâlium monasterio annua præstatio non quidem contemnendo auro, vel argento, sed ex tritico ad quotidianum cibum suppeditandum tribueretur.

Applicatio tritici monasterio impertitur in mensuris, seu sestieri quinquaginta, dum modo accedat consensus abbatialis s. Germani.

§. 3. Nos animo perpendentes nimis congruum, quia imo debitum esse indigentis occurrere cœtus electarum virginum omnipotenti Deo in tam spectabili asceterio vagantium, quas inter dilectissima in Christo filia Nostra Theresia a sancto Augustino ipsius Ludovici regis nata, abdicato regalis aulae splendore, cœlestis sponsi quam docuit paupertatem, et humilitatem proficitur,

votisque propterea ejusdem Ludovici regis libenti animo annuentes, fraternitati tuæ præsentium Nostrarum litterarum vi committimus, ut accedente consensu dilecti filii Nostri Karoli Antonii Sanctæ Romanæ Ecclesiae cardinalis de la Rocheaymon nuncupati, qui dictum monasterium sancti Germani in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis obtinet, ex fructibus, et redditibus bonorum mensæ abbatialis ipsius monasterii sancti Germani quantitatem mille quadrigentarum, et quinquaginta mensurarum Parisiensium vulgo sestieri nuncupatarum tritici prædicto monasterio, et monialibus ordinis carmelitarum sancti Dyonisii annis singulis, modo, et forma infrascriptis suprema auctoritate Nostra perpetuis futuris temporibus applices, et appropries.

§. 4. Ut autem applicatio, et appropriatio hujusmodi ex nunc, et in perpetuum integre, et absque diminutione, variatione, aut exceptione aliqua, opportunisque anni temporibus prædicto monasterio, et monialibus obveniat, eidem fraternitati tuæ etiam committimus, ut apostolica auctoritate Nostra decernas, ac statuas, quod enunciata quantitas mille quadrigentarum, et quinquaginta mensurarum sit ex tritico optimæ qualitatis, quod vulgo dicitur regium, et vendibile a mercatoribus probatum, illudque ad idem monasterium ordinis carmelitarum sancti Dyonisii cura, et impensa pro tempore existentis abbatis commendatarii, seu administratoris monasterii sancti Germani quater in anno, et quatuor æqualibus ratis, prima nimirum die festo sancti Martini episcopi, secunda die undecima februarii, tertia die etiam undecima maii, ac reliqua undecima die mensis augusti cujuslibet anni; sicque singulis trimestribus, ac de trimestre in trimestre perpetuis futuris temporibus deferri, et ministris dicti monasterii monialium carmelitarum sancti Dyonisii tradi debeat. Insuper auctoritate præmissa expresse quoque declares ipsam annuam quantitatem mille quadrigentarum, et quinquaginta mensurarum tritici ad sustentationem personarum divino servitio dicatarum destinatum, liberam, immunem prorsus, et exemptam esse, et fore a quocumque onere, et vectigale, aut impositione tam relative ad monasterium sancti Germani, quam ab omni qualitate decimarum imponi solitarum a clero, seu super clero præsentium, et futurarum cujuslibet

Conditiones appositæ ut applicatio, et appropriatio suum semper consequatur effectum.

speciei, naturæ, denominationis, et ex quavis causa, vel prætextu imponendarum, quæ constitui possent.

Privilegia concessa extenduntur ad successores in archiepiscopatu, ut gratia semper suum sortiatur effectum.

§. 5. Quod vero fraternitati tuæ dedimus in mandatis ad hoc ut perpetuis futuris temporibus modo, et forma præmissis suum sortiatur effectum, id ipsum successori tuo pro tempore existenti archiepiscopo Parisiensi auctoritate Nostra, harum serie demandamus tam tibi, quam successoribus tuis omnem tribuentes facultatem, ut monasterium, et moniales ordinis carmelitarum sancti Dionysii annua præstatione hujusmodi in præscriptis terminis pacifice frui, et gaudere faciatis; e converso vero pro tempore existentem monasterii sancti Germani abbatem perpetuum, commendatarium, seu ejusdem monasterii administratorem ad integram præstationem hujusmodi in eventum alicujus reluctantiæ, seu simplicis dilationis, aut diminutionis, nulla spectata causa, opportunis juris, et facti remediis, atque etiam per censuras ecclesiasticas, quatenus opus fuerit, adigatis, et obligetis.

Constitutio motu proprio edita nulli exceptioni obnoxia declaratur

§. 6. Præsentem autem literas etiam ex eo, quod quicumque interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut causæ propter quas ipsæ præsentem emanarint sufficienter adductæ, expressæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, suspensionibus, revocationibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, aut alias quandocumque, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis minime comprehendendi; sed ab illis semper exceptas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis ab omnibus censeri, atque ita per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, vel potestate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et vice legatos, dictæque Sedis nun-

cios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, irritumque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quatenus opus sit Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de applicationibus, et appropriationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii postremo celebrati, dismembrationes, et applicationes non nisi ex causis a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis quorumcumque romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis etiam in favorem ordinis sancti Benedicti, dictæque congregationis sancti Mauri editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ejusdem ordinis sancti Benedicti, dictæque congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, reformationibus, usibus, stilis, et naturis, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis dicto ordini, ejusque congregationibus etiam in limine foundationis, et approbationis per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem, vel alios quoscumque, et quacumque dignitate, vel auctoritate fulgentes sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, seu iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et executionis, ac perpetuæ firmitatis earundem præsentium, ac præmissorum omnium, et singulorum,

hac vice dumtaxat, harum serie derogamus contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod taxa prædicti monasterii sancti Germani in libris cameræ apostolicæ descripta propter applicationem et appropriationem hujusmodi nullatenus minuatur, sed illa, ut antea, integra permaneat. Datum in arce Gandulphi Albanensis diœcesis anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, tertio nonas octobris, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 6.
octobr. 1772.
Anno IV.

CCVII.

Confirmatio sententiæ congregationis particularis, et instrumenti deinde ex officio confecti super venditione aquarum existentium in territorio Nemensi, atque concessio antiquorum aquæductuum pro communitate Cynthiani.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Clemens XIII mandavit marchioni Frangipani baroni Nemensi, ut coacte venderet communitati Cynthiani origines aquarum Pontecchio, et Foci.

§. 1. **A**lias felicitis recordationis Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum terræ Cynthiani Albanensis diœcesis exposito quod ipsi versabantur in maxima penuria aquarum; in proximo tamen territorio Nemensi, non nullæ reperiabantur origines aquæ huc, et illuc dispersæ, cujus propterea venditionem dicti exponentes in publicam eorum utilitatem, et usum petierunt a dilecto itidem filio moderno marchione Frangipani Nemensis terræ barone. Verum quia dictus marchio petitam, hanc venditionem denegaverat, hinc præfati exponentes supplices porrexerunt preces eidem Clementi prædecessori, ad hoc ut cogendus esset memoratus marchio ad vendendas eis duas origines aquarum Pontecchio, et Foci vulgo respective nuncupatas. Ipse vero Clemens prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus, venditionem hujusmodi coacte peragendam esse præscripsit, ac pro definitione quantitatis, qualitatis, et pretii aquæ, seu aquarum hujusmodi deputavit particularem congregationem constitutam ex dilectis filiis magistris Carolo Livizzani, Prospero Franceschi, Josepho Vai, Laurentio Mancini, ac quondam Dominico Rutati, propter cujus obitum subrogatus fuit dilectus quo-

que filius magister Honuphrius Alphani coram qua proposita causa die v. martii MDCCLXXI.; rescriptum fuit, quod dictus marchio, aliique interesse habentes tenerentur vendere dictæ communitati totam aquam nuncupatam = delle Foci = pro pretio a perito liquidando juxta mentem ipsius congregationis, et deponendo in sacra Pietatis æde in creditum ipsius marchionis, et aliorum interesse habentium, nec aliter, quam cum ordinibus, et mandato, ejusdem congregationis consignando.

§. 2. Quoad aquam vero di Pontecchio nuncupatam responsum fuit, ut statuendus esset terminus duorum mensium eidem marchioni, quo durante ipse traducere posset aquam prædictam ad suum palatium, quemadmodum postulaverat, quo termino elapso, et translatione hujusmodi minime facta hanc quoque aquam æque ac alteram le Foci vendere obstrictus esset pro pretio, ut præfertur, liquidando; et demum quoad pertinentiam earundem aquarum, quam sibi asserebant tam marchio prædictus, quam alii possessores terrarum, in quibus aquæ hujusmodi oriebantur, injunctum fuit, ut stricte super ea partes prædictæ scribere deberent.

§. 3. In hujus itaque rescripti executionem lata fuit sententia postquam terminus duorum dictionum mensium expiraverat, et in eadem sententia, omnibus consideratis circumstantiis, statutum quoque extitit pretium utriusque originis aquarum hujusmodi, ac alias prout ex ipsius sententiæ tenore sequenti, nempe = Christi nomine invocato =.

§. 4. Pro tribunali sedentes, et solum Deum præoculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, et causis, quæ primo, et in prima coram nobis vigore specialis commissionis manu Sanctissimi signatæ versæ fuerunt, et vertuntur instantiæ inter illustrem communitatem terræ Cynthiani actricem ex una, et illustrissimum dominum marchionem Frangipani reum conventum ex altera partibus, ac dominum Bernardinum Pessoli ad causam admissum pro omni suo prætenso jure, et interesse, de, et super venditione aquæ existentis in territorio Nemoris in loco nuncupato *le Foci* unciam duarum cum dimidia, ac alterius aquæ existentis in eodem territorio in loco nuncupato *Pontecchio* dimidia uncie faciendæ per illustrissimum dominum marchionem Frangipani baronem Nemoris, ad favorem di-

Eidem marchioni assignavit quoque terminum duorum mensium ad ducendam in proprio palatio aquam di Pontecchio, ut ab coacta venditione hujus aquæ sese eximere posset.

Elapso termino lata est sententia, quæ venditionis coactæ leges firmavit.

Tenor sententiæ.

etæ illustris communitatis Cynthiani, rebusque aliis in actis causæ, et causarum hujusmodi latius deductis, ad quæ etc. = Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus dictum illustrissimum dominum marchionem Antigonum Frangipani vigore, et in executionem rescripti ex audientia Sanctissimi emanati die xxiv. januarii MDCCLXIX. et in actis productis, ad quod etc., ac alterius rescripti a nobis emanati die v. martii currentis anni MDCCLXXI. teneri, et obligatum esse ad venditionem integræ quantitatis aquæ unciarum duarum cum dimidia nuncupatæ *le Foci* ad favorem dictæ communitatis Cynthiani, nec non etiam, attento lapsu termini duorum mensium dicto domino marchioni Frangipani præfixo ad declarandum, an vellet præferri in emptione aquæ nuncupatæ *di Pontecchio*, et declaratione non facta, teneri quoque, et obligatum esse ad venditionem ejusdem aquæ *di Pontecchio* dimidia uncia, ad favorem prædictæ communitatis pro pretio quoad aquam *delle Foci* scutorum bis centum quinquaginta, ad rationem scutorum centum pro qualibet uncia, et quoad aliam aquam *di Pontecchio* scutorum viginti quinque ad rationem scutorum quinquaginta pro qualibet unica ad formam peritiæ a domino Josepho Ferroni perito architecto exaratæ in actu accessus, de quo in actis, cum augmento aliorum scutorum vigintiduum et obulorum 92. pro pretio coactivæ a domino perito architecto liquidato ad rationem scutorum octo, et obulorum 33. et duorum quadrantium pro quolibet centenario, nec non etiam pro pretio aliorum scutorum centum quinquaginta ratione servitutis patiendæ, vel ab ipso domino marchione Frangipani, vel ab aliis dominis terrenorum, occasione confectionis, reparationis, et expurgationis aquæ ductuum in omnibus et per omnia ad formam alterius peritiæ a domino perito architecto exaratæ, de qua pariter in actis, ad effectum tamen dictum pretium utriusque aquæ cum illius augmento, quam alterum pretium servitutis patiendæ deponendi in sacro monte Pietatis, et deinde consignandi cui, vel quibus nos mandabimus, et pro hujusmodi effectu stipulandum fore, et esse per dictum dominum marchionem Frangipani instrumentum venditionis ad favorem dictæ communitatis Cynthiani, eoque recusante stipulandum fore, et esse per nos ex officio, prout stipulari volumus, et man-

damus, perpetuumque silentium super præmissis omnibus dicto domino marchioni Frangipani imponendum fore, et esse prout imponimus, ac pro imposito haberi volumus, et mandamus. Partemque victam victrici in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in posterum reservamus, et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus non solum præmisso, sed omni alio meliori modo etc.

Ita pronunciavi ego H. Alphanus jud.

Ita pronunciavi ego C. Levizzani jud.

Ita pronunciavi ego P. Franceschi jud.

Ita pronunciavi ego J. Vai jud.

Ita pronunciavi ego L. Mancini jud.

Lata, lecta, et publicata die iii. julii MDCCLXXI. per acta archivii.

§. 4. Deinde vero juxta ejusdem sententiæ formam, consensum suum præstare renuentibus dicto marchione, aliisque interesse habentibus, ex officio die xiv. januarii MDCCLXXII. confectionem fuit instrumentum venditionis utriusque originis aquarum hujusmodi, earum prius deposito pretio, ac alias prout in dicto instrumento, cujus tenor est qui sequitur nempe = In nomine Domini = amen.

Ad trames
sententiæ stipu-
latum fuit in-
strumentum
venditionis ex
officio.

Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, et notum sit, quod anno a salutifera Domini Nostri Jesu Christi nativitate millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, indictione romana quinta, die vero decima quarta januarii, pontificatus autem Sanctissimi in eodem Christo patris, et domini Nostri domini Clementis divina providentia pp. XIV. anno ejus tertio.

§. 5. Essendo, come a me notaro si asserisce, che l'illustrissima comunità di Genzano, e suo popolo avesse sempre penuriato di acqua per avere nel luogo una sola fontana, che ne portava una tenuissima quantità, e questa non perenne nel tempo di estate, ed essendo cresciuta di molto la popolazione, e la quantità delle vigne si rendesse sempre più insopportabile la scarsezza, e penuria dell'acqua; onde per provvedere a sì urgente bisogno, fattasi la scoperta, che nel vicino territorio di Nemi vi erano due capi di acqua uno denominato *le Foci*, e l'altro *Potecchio*, che andavano a perdersi per il territorio, ed essendo questi livellabili furono usati per parte di detta comu-

Tenor instru-
menti.

nità tutti gli uffici possibili presso l'illustrissimo signor marchese Antigono Frangipani barone di Nemi per ottenere dal medesimo la vendita di detti due capi di acqua, essendo ancora che detto signor marchese Frangipani sempre si opponesse alla vendita della suddetta acqua, così non essendovi più speranza di poter rimuovere detto signor marchese dalla sua negativa, si determinasse il pubblico di Genzano di ricorrere alla clemenza della s. m. di pp. Clemente XIII; a cui rappresentando l'estrema necessità che aveva il popolo di Genzano di fare acquisto delli detti due capi di acqua domandasse, che il marchese Frangipani con autorità apostolica venisse forzato alla vendita di detti due capi di acqua, ed avendo ottenuto nella supplica il rescritto remissivo a monsignor uditore, che ne parlasse, piacesse a questo di domandare prima sull'esposto l'informazione dall' eminentissimo vescovo di Albano, da cui confermatosi per vero quanto era stato nella supplica rappresentato, ne facesse poi detto monsignor uditore la sua relazione a detto sommo pontefice Clemente XIII. e sotto il dì 24. gennaio 1769. emanasse il seguente rescritto.

§. 6. = Ex audientia sanctissimi = Sanctissimus acceptis relatione, et voto eminentissimi domini cardinalis episcopi Albani, ac partium hinc inde informationibus, et scripturis mandavit per dominum baronem Nemi vendi favore communitatis oratricis aquam. Ad effectum autem examinandi, decidendi, et respective taxandi aquæ qualitatem, et quantitatem, et pretium, sola facti veritate inspecta, atque omni appellatione, ac recursu remotis, deputavit congregationem particularem compositam, ex reverendis patribus dominis Livizzani, Franceschi, Vai, Rutati, et Mancini, et mandavit præsens rescriptum haberi pro commissione.

§. 7. Essendo similmente, che per la morte di monsignor Rutati restasse surrogato monsignor illustrissimo Alfani, e convocatasi di poi la congregazione si proponesse sotto il dì 11. settembre dell' anno 1770. la causa sullo stabilimento della qualità, quantità, e prezzo dell' acqua da vendersi dal signor marchese Frangipani, e nascesse il rescritto = ad R. P. D. Alphanum juxta mentem = la qual mente restò da detto monsignor Alfani dichiarata nel modo seguente = Quod assumpto perito accedat super faciem loci ad effectum recognoscendi qualitatem, quantitatem, et

livellationem aquarum de quibus agitur, nec non liquidandi earum pretium, et examinandi testes super illarum perennitatem, et amplius = Onde fattasi per parte della comunità di Genzano l'istanza avanti detto monsignor illustrissimo Alfani sotto il dì 15. dello stesso mese di settembre 1770. per far seguire l'accesso per dare esecuzione all'accennato rescripto, che fu stabilito pro die, et hora certis intimandis, col perito architetto, la cui deputazione fu fatta ex officio dal detto monsignor illustrissimo Alfani in persona del signor Giuseppe Ferroni, come risulta dalla citazione, e decreto emanato sotto il dì, ed anno suddetti per gli atti miei al quale ec.

§. 8. Essendo inoltre, che intimatosi al signor marchese Frangipani il giorno dell'accesso, e quello incominciatosi il dì 21 settembre dell'anno 1770 fosse fatta da monsignor illmo Alfani la descrizione di tutti i capi di acqua esistenti nel territorio, e terra di Nemi, con la loro quantità, e qualità, e fattasi rispettivamente dal sig. Giuseppe Ferroni la livellazione, e liquidazione del prezzo della medesima acqua, come dall'accesso rogato per gli atti miei fatta il dì, ed anno suddetti, al quale ec. e perizia prodotta parimenti per gli atti miei sotto il dì 19 novem. 1770 alla quale ec. si riproponesse di nuovo la causa, a cui si facesse ammettere Bernardino Pesoli pretendendo, che l'acqua denominata le Foci fosse sua per esigerne il prezzo, e sotto il dì 5 marzo dello scorso anno 1771 ne emanasse il seguente rescripto = Marchionem Frangipanum, aliosque interesse habentes in executionem rescripti SSmi ac decreti R.P.D. ejus auditoris teneri ad venditionem aquæ pro nunc delle Foci in integra ejus quantitate favore communitatis Cynthiani pro pretio per peritum liquidando juxta mentem ad effectum tamen ipsum pretium deponendi in sacro monte Pietatis in faciem, et creditum domini marchionis Frangipani, aliorumque assertorum interesse habentium, atque exinde non amovendi nisi de ordine, et mandato illius congregationis, et amplius; quo vero ad aquam di Pontecchio ad dominum Alphanum pro præfixione termin duorum mensium eidem marchioni Frangipani ad effectum eandem aquam derivandi pro usu ejus palatii baronalis, quo termino elapso, et derivatione non facta esse locum venditioni ut supra, et amplius = Quo vero ad proprietatem,

Judices deputati venerunt in faciem loci, cum peritis ut pretium aquæ præfixerint.

Tenor inserti rescripti Sanctissimi super coacta venditione.

Series actorum factorum pro legitima venditione peragenda.

Alia, quæ ob-
venerunt ante
definitivam
vocationem,
narrantur.

et pertinentiam earumdem aquarum dilata, et scribatur stricte juxta mentem §. 9. In sequela di questo rescritto essendo stato prefisso il termine di due mesi al sig. marchese Frangipani, per condurre l'acqua di Pontecchio al suo palazzo baronale come erasi protestato per non farne la vendita a favore della comunità di Genzano, ed avendo altresì monsignor illmo Alfani commesso in esecuzione della mente della illma congregazione al sig. Giuseppe Ferroni di avere in considerazione nell'apprezzo delle acque tanto la coattiva della vendita, quanto la servitù, che avrebbe dovuto soffrire il territorio di Nemi nel condottare la suddetta acqua, ed avendo il detto sig. Ferroni formata la sua nuova perizia prodotta per gli atti miei sotto il dì 15 aprile dell'anno 1771 alla quale ec. e non avendo detto sig. marchese Frangipani condotta l'acqua di Pontecchio al suo palazzo baronale dentro il termine prefissogli, perciò l'illma congregazione per sentenza definitiva pronunciase, che il sig. marchese Frangipani fosse tenuto a vendere alla comunità di Genzano l'intera quantità dell'acqua di due once, e mezza, tenuto fosse a vendere alla medesima comunità l'acqua denominata di Pontecchio di mezza oncia ateso, che detto sig. marchese Frangipani dentro i due mesi prefissigli, nè aveva dichiarato di voler esser preferito di condurre la detta acqua, nè averla con effetto condotta al suo palazzo baronale di Nemi, e la detta vendita fosse tenuto a farla rispetto all'acqua delle Foci per il prezzo di scudi cento per ciascun oncia: rispetto poi all'acqua di Pontecchio a ragione di scudi cinquanta l'oncia, coll'accrescimento di altri scudi ventidue, e baj. novantadue per il prezzo della coattiva, regolata a ragione di scudi otto, e baj. trentatrè, e due quattrini per ogni scudi cento di valore delle dette acque, e coll'accrescimento ancora di altri scudi cento cinquanta per la servitù, che dovrà soffrirsi nel territorio di Nemi per condottare, riparare, e pulire i condotti di dette acque a norma delle due perizie del sig. Giuseppe Ferroni perito architetto, colla legge però, che il prezzo delle dette acque col suo augmento si debba depositare nel sagra monte della Pietà di Roma in credito del sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati, e di non amoversi, se non che di ordine, e mandato dell'illma congregazione, e per l'esecuzione

delle cose premesse si dovesse stipolare dal sig. marchese Frangipani l'istromento di vendita della detta acqua a favore della comunità di Genzano, e quando egli ricusasse si dovesse stipolare l'istromento ex officio, come più ampiamente risulta dalla sentenza emanata per gli atti miei sotto il dì 3 luglio 1771 alla quale ec.

§. 10 Per ottenere adunque la comunità di Genzano l'effetto dell'accennata sentenza avendo impetrata, ed incassata avanti all'illma congregazione la commissione esecutoriale sotto il dì 29 luglio del detto anno 1771 per gli atti miei alla quale ec. e desiderando di venire all'effettiva compra dell'acqua suddetta per il prezzo come sopra liquidato, abbiamo perciò interpellato detto sig. marchese Frangipani, e sig. Bernardino Pesoli preteso interessato ad intervenire alla stipolazione dell'istromento della vendita di dette acque da farsi nell'ufficio dell'archivio sotto questo giorno alle ore 22 in punto, altrimenti, che si sarebbe stipolato dalle sig. loro illme ex officio come dall'intimazione, che originalmente si consegna a me notaro per inserirla nel presente istromento del tenore seguente cioè

§. 11. Illma congregazione particolare a Sanctissimo deputata RR. PP. DD. Alphani, Livizzani, Franceschi, Vai, et Mancini = Albanen aquarum. Intimetur infrascriptis exadverso principalibus, ac alias omni ec. qualiter die crastina hora 22 in puncto erit congregatio particularis in ædibus R.P.D. Alphaoni secretarii dictæ congregationis ad effectum stipulandi instrumentum venditionis aquarum = le Foci = et = Pontecchio de quibus agitur, ideo citentur iidem ad interessendum, alias instrumentum prædictum stipulabitur per illmam congregationem ex officio; ideo ec. ac alias ec. instante illma communitate Cythiani priucipali sive ec. = Archivium = Illmus Dominus marchio Antigonus Frangipani exadverso principalis = dominus Alexander Marianecci exadverso procurator assertus domini Bernardini Pesoli pro omni ec. exadverso principali = feci personaliter contra infrascriptos die 13 januarii 1771. = Befanus cursor =

§. 12. Ed essendo già passata l'ora 22 intimata, e la susseguente già passata, e non essendo comparsi detti sigg. marchese Frangipani, e Bernardino Pesoli, o loro legittimi procuratori, perciò accensandosi la contumacia per parte del sig. Paolo Sarnani procuratore della comunità di Genzano come dalla procura, che

Expletis omnibus marchio Frangipani ad stipulationem vocatur.

Tenor intimatio- nis ad hunc effectum transmissæ.

Barone, alisque interesse habentibus non comparentibus, procurator communitatis urget pro stipulatione ad transmissæ mandati procurator in sui favorem relaxati.

esiste nella computistaria della sacra congregazione del Buon Governo, copia della quale approvata dal sig. Gabriele Paoletti computista si consegna a me notaro per inserirla del tenore seguente cioè =

Tenor procurationis.

§. 13. Noi sottoscritti priori residenti dell'ill^{ma} comunità di Genzano in vigore delle facultà dateci dal pubblico consiglio tenuto sotto il dì 7 corrente agosto con il presente chirografo di mandato di procura da valere ec. costituimmo per nostro vero, legittimo, reale, ed attuale procuratore l'ill^{mo} sig. Paolo Sarnani a potere in nostro nome, e per la comunità suddetta prendere li scudi cinquecento provenienti dalli cinque luoghi di monte per li quali è stata ammessa questa medesima comunità dalla sacra congregazione del Buon Governo, e quelli depositare nel sacro monte della Pietà di Roma, ad effetto di erogarli per la compra delle acque delle Foci, e Pontecchio, ed in altre spese in conformità della sentenza emanata dalla congregazione particolare deputata da nostro signore papa Clemente XIV sotto il dì 3 luglio 1771, come ancora tanto a nome proprio che della medesima comunità gli diamo tutte, e singole facultà necessarie, ed opportune a poterne fare istromento di compra con l'ill^{mo} signor marchese Frangipani, e qualora detto sig. marchese ricusasse accedere a detto istromento di farlo ex officio, se così sarà ordinato dalla stessa congregazione particolare avanti la quale n' è stata ottenuta la sentenza a favore di detta nostra comunità, dandogli ancora tutte, e singole facultà necessarie, ed opportune di potere citare, domandare rimborso di spese, d'impe- trare l'autorità del giudice, giudici, e fare ogni, e qualunque altro atto, acciocchè l'affare suddetto dell'acquisto delle suddette acque abbia perpetua osservanza, e fare tutto ciò, che potressimo fare noi sottoscritti per la medesima comunità colla nostra presenza, benchè assenti promettendo ec. costituendolo ec. rilevandolo ec. non solo ec. ma in ogni altro miglior modo ec. In fede ec. = Dato dalla secreteria priorale di Genzano questo dì 16 agosto 1771

Antonio Corazzotti priore costituisco come sopra mano propria.

Carlo Antonio Moretti priore costituisco come sopra mano propria.

Gio: Giacomo Melaconti priore costituisco come sopra mano propria.

Antonio Jacoangeli segretario =

= loco ✕ Signi. La qual copia è stata

Bull. Rom. Tom. IV.

estratta dal suo originale, che si conserva in computisteria della sacra congregazione del Buon Governo nella filza delle giustificazioni de' pagamenti fatti dalla comunità dello stato ecclesiastico delli denari esistenti in loro credito nel sacro monte della Pietà di Roma, e banco di S. Spirito dall'anno 1769 a tutto l'anno 1771, che collazionata in ogni sua parte concorda. In fede ec. Dalla computisteria della sacra congregazione questo dì 14 gennaio 1772 = Gabriele Paoletti computista. Vista la contumacia del detto sig. marchese, e sig. Bernardino Pesoli, e facendosi dal medesimo istanza, che ex officio si stipoli dalle signorie loro ill^{me} colla loro autorità a nome di detto signor marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati l'istromento di tal vendita con interporvi il loro autorevole decreto giudiziale in forma, avendo ora anche esibita alle signorie loro ill^{me} la cedola del sacro monte della Pietà di Roma del detto seguito deposito del prezzo suddetto da inserirsi nel presente istromento, come in appresso.

§. 14. Quindi acciò ne apparisca la verità mediante la celebrazione di pubblico, e giurato istromento presente, e personalmente esistenti avanti di me notaro, e testimonj infrascritti l'ill^{mi}, e r^{mi} monsig. Onofrio Alfani, Carlo Livizzani, Prospero Franceschi, Giuseppe Vai, e Lorenzo Mancini a me notaro cogniti, con la loro autorità, e nome di detto sig. marchese Antigonno Frangipani, e di altri pretesi interessati assenti, loro eredi, e successori qualsivogliano ex officio attesa la suddetta accusata contumacia, e di loro assenza, vendono, ed alienano in perpetuo in favore di detta comunità di Genzano, presente, ed accettante detto signor Paolo Sarnani di lei procuratore a me notaro parimente cognito, le suddette acque come sopra al medesimo sig. marchese Frangipani, e ad altri pretesi interessati spettanti poste nel territorio di Nemi con tutti i suoi annessi ec. ragioni, ed azioni, cedendole per tal causa a favore di detta comunità di Genzano, ad esso signor Paolo Sarnani come sopra accettante a nome come sopra, e coll'autorità del loro officio niuna per detto sig. marchese Frangipani, e suoi ec., e ciascun di loro riservatane ad averle colla piena clausula del costituito in ampla forma, e ciò per il suddetto stimato, e decretato prezzo di detti scudi quattrocento quarantasette, e baj. 92 moneta, come sopra decreta-

Dispositiva instrumenti venditionis.

ti, quali già da detta comunità di Genzano depositati nel detto sacro monte di Pietà di Roma in credito del detto sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati, da non amoversi se non che di ordine, o mândato dell'illustrissima congregazione, con dichiarazione, che si sono depositati come sopra a total sodisfazione del prezzo di dette acque, come sopra ora vendute, ed in esecuzione dei detti decreti, e sentenza come sopra emanati, come ha fatto costare dalla suddetta presentata cedola alle signorie loro illme di tal deposito seguito, che originalmente si consegna a me notaro ad effetto d'inserirla nel presente istromento del tenore seguente cioè.

§. 15. Adì 20 dicembre 1771 = Il sig. Paolo Sarnani procuratore della comunità di Genzano ha depositato nel sacro monte della Pietà di Roma a credito dell'illmo sig. marchese Antigono Frangipani, ed altri asserti creditori scudi 447. e baj. 92. moneta, disse per prezzo delle acque da vendersi da detto illmo sig. marchese Antigono a favore di detta comunità, suo augumento, e servitù, per pagarli con ordine, o con mandato della congregazione particolare composta di cinque prelati cioè, monsignor illmo, e rmo Livizzani, monsignor illmo, e rmo Franceschi, monsignor illmo, e rmo Vai, mons. illmo, e rmo Mancini, e monsig. illmo, e rmo Alfani in conformità della risoluzione emanata li 5 marzo prossimo passato, e della sentenza successivamente di detta congregazione emanata li 3 luglio prossimo passato alla quale ec. = scudi 447 92 moneta = in reg.º 886. num.º 132 = M. Plano computista = del qual prezzo le signorie loro illme a nome di detto sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati si chiamano contenti e soddisfatti; e ne fanno in di loro nome, e loro ec. colle suddette loro autorità a favore di detta comunità di Genzano, e per essa presente il sig. Paolo Sarnani di lei procuratore quietanza in forma, e dichiarano in virtù delle loro autorità, che il suddetto deposito resti, e restar debba in detto sacro monte a credito di esso sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati, come sopra, da non amoversi ec. se non che di ordine, o mandato di detta illma congregazione, e a rischio, e pericolo de' medesimi, e senz'altro pericolo tanto delle signorie loro illme, che di detta comunità, e non altrimenti ec. =

Pretium aqua
divenditæ de-
ponitur in sede
sacra favore
baronis.

§. 16. Promettono inoltre le signorie loro illustrissime a nome di detto signor marchese Antigono Frangipani, e coll' autorità del loro officio le suddette acque, come sopra vendute essere di detto signor marchese, ed al medesimo come sopra si è detto liberamente spettare, ed appartenere, e non aver queste, esso signor marchese Frangipani nè in tutto, nè in parte ad altri cedute, vendute, obligate, permutate, o in altro modo alcuno alienate, presone anche il vocabolo dell' alienazione latissimo modo, nè essere dette acque soggette ad alcun peso di canone, censo, livello, risposta, nè ad altro peso sì perpetuo, che momentaneo, nè ad alcun fidecommissio purificato, o da purificarsi, sostituzione, o altro, che possa ostare alla presente vendita, quale sempre, ed in perpetuo a nome di detto signor marchese Frangipani, e suoi ec. promettono coll' autorità suddetta aver rata, grata, valida, e ferma, bona, validamente, e legittimamente colla suddetta loro autorità, come sopra, fatta, e come tale sempre in detto nome mantenere, e che a quella esso signor marchese, e suoi ec. non possino contravenire sotto qualsivoglia pretesto, e causa, anche di supposta e non concessa lesione, stante le suddette seguite perizie, e decreti, e sentenze suddetti, altrimenti in caso contratrio alle cose suddette, e ciascuna di esse, come anche di pretese invalidità, e rescissione del presente contratto per qualunque capo, e causa qui non pensata dichiarano di esser sempre esso signor marchese Antigono Frangipani, e suoi ec. tenuti all' evizione generale, universale, e particolare in forma di ragion valida, e tanto qui in Roma, che fuori più solita, e consueta, e a tutti, e singoli danni ec. de' quali ec. obligando detto signor marchese, e suoi ec. per osservanza delle cose suddette, e ciascuna di esse, e suoi eredi, e successori nella più ampla forma della reverenda camera apostolica colle solite clausole, e rinunzie ec. assumendo per esso, e nella sua anima il necessario giuramento tactis etc. sopra le quali cose, le signorie loro illme giudici suddetti, e per l'autorità del loro officio interpongono il loro autorevole decreto, supplendo a qualunque difetto, che tanto de jure, che de facto potesse essere in ciò intervenuto, e che potesse intervenire in avvenire perchè così ec. = Quæ omnia etc. alias etc. de quibus etc. quod etc. pro quibus etc. dicti illustrissimi, et reve-

Evictio pro
aqua divendita
promittitur.

rendissimi domini iudices non seipsos etc. sed præfatum illustrissimum dominum marchionem Antigonum Frangipani ejusque hæredes etc. bona etc. juraque etc. in ampliori reverendæ cameræ apostolicæ forma solitis cum clausulis etc. citra etc. obligarunt, renunciantes etc. consentientes etc. unica etc. sicque tactis pectore more etc. jurarunt. Super quibus omnibus, et singulis præsentis petitum fuit a me officii archivii Romanæ curiæ administratore, et notario publico, ut unum, seu plura, publicum, seu publica, instrumentum, seu instrumenta conficerem, atque traderem, prout opus fuerit, et requisitus ero = Actum Romæ in ædibus dicti illustrissimi et reverendissimi domini Alphaei, ibidem præsentibus audientibus, ac bene intelligentibus dominis Francisco Ruggeri filio quondam Xaverii Romano, ac Nicolao Tommasi, filio quondam Dominici Neapolitano testibus, ad supradicta omnia vocatis habitis specialiter, atque rogatis = Pro inclito collegio dominorum scriptorum A. R. curiæ.

Ego Joannes Baptista Aretucci administrator præsens instrumentum subscribi, et sigillavi requisitus.

§. 17. Postmodum vero communitas, et homines prædicti Nobis exponi fecerunt quod ipsi sperabant, nonnullos invenire antiquos aquæductus satis aptos ad transferendas aquas sibi, ut præfertur venditas, atque idcirco a Nobis petierunt, ut illos sibi concedere dignaremur. Nos igitur preces hujusmodi remisimus eidem congregationi jam deputatæ, ad hoc, ut illa super eis opportunas caperet informationes, quas deinde Nobis referet. Interea vero eidem communitati, et hominibus innotuit, quod prædicti aquæductus a felicitis recordationis Alexandro pp. VII. prædecessore quoque Nostro per suas in simili forma Brevis die xvi. novembris MDCLVIII. expeditas literas, una cum eisdem dispersis usque tunc aquis, conventui, et fratribus ordinis minorum sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum dictæ terræ Cynthiani concessi fuerant; ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Qua de re dicti exponentes ab ipsis fratribus eorum jurium cessionem petierunt, et obtinuerunt publico desuper confecto instrumento rogato a Dominico Gaspare Pucci, cujus pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo, ad

Postulant homines Cynthiani concessio nem nonnullorum aquæductuum ad transferendas aquas illamque consecuti sunt ab fratribus ordinis minorum s. Francisci, qui illos obtinuerant a Pontifice Alexandro VIII.

verbum inserto haberi volumus uberius continetur. Deinde vero idem magister Honuphrius in loci faciem se contulit, atque singulari diligentia aquæductus antiquos hujusmodi, adhibita etiam periti opera, inspexit, perlustravit, Nobisque rerum, ac circumstantiarum omnium seriem, nomine etiam dictæ congregationis, ut præfertur deputatæ, diligentissime retulit.

§. 18. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quo firmitus sententia, et instrumentum venditionis aquarum, ac respective cessionis jurium a fratribus dicti conventus peractæ subsistant, et serventur exactius, illa per Nos approbati, et confirmari, atque dictos antiquos aquæductus sibi concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicare fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 19. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratiam absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam sententiam, ac instrumentum venditionis aquarum hujusmodi in publicam utilitatem, et usum eorundem exponentium secutæ, simulque aliud instrumentum dictæ cessionis jurium a conventu, et fratribus prædictis expletæ auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 20. Quocirca ipsis exponentibus, ut in publicam utilitatem tantum aquis prædictis utantur præcipimus, et mandamus; nemensibus vero, ne ipsi quidquam in iis quæ quoquo modo respiciunt origines dictarum aquarum ut præfertur, venditarum innovare audeant, seu præsumant, districte interdiciamus, atque omnino prohibemus. Propterea communitati, et hominibus prædictis eosdem antiquos aquæductus, quibus ipsi in transferendis aquis, ut præfertur, emptis libere, et licite uti valeant auctoritate, et tenore prædictis perpetuo concedimus, et assignamus.

§. 21. Volumus autem, ut quæ-

Ut venditio, instrumentum aliæque concessionis, de quibus supra firmius subsisterent apostolica confirmatio expostulatur.

Præcibus auctoritate Pontificis.

Prohibet ne quid agatur in præjudicium peractæ emptionis, et aquæductus assignantur.

Questiones omnes motas,

et movendas
committit sac.
congregationi
boni regimini

stiones omnes, ac controversiæ quæ super usu tam aquarum hujusmodi, quam quoad aquæductus, ut præfertur, concessos in posterum quocumque tempore, ac modo oriri possint, una cum suis incidentibus, et dependentibus ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum, ejusdemque congregationis pro tempore existentem secretarium private spectent, atque pertineant.

Præcipit ut an-
nus taxa im-
ponatur pro
debito contra-
cto dimittendo.

§. 22. Ad hæc, ut consultum sit exonerationi collectarum a dicta communitate necessario imponendarum pro solvendo tam debito contracto ex causa emptionis aquarum hujusmodi, quam illius fructibus, et pro extinguendo novæ aere alieno contrahendo ob translationem earundem aquarum, mandamus, ac volumus, quod aquæ prædictæ a publico fonte defluentes ad usum horti publicis expensis comparandi, et a communitate prædicta locandi deservire possint, et debeant, quodque annui redditus tam ex horto hujusmodi, quam aliunde percepti, et in causam dicti aeris alieni erogandi sub peculiari computo = Cassa dell'acqua = nuncupato describantur, atque a peculiari persona omnino diversa a generali communitatis exactore exigantur, quæ non alia mandata nisi deputationum aquæ hujusmodi solvere debeant, et ex causa tantum aquarum, ac quolibet semestri ratam respondentem extinctioni locorum montium ad exactorem pro tempore existentem dictæ congregationis transmittere teneatur.

Clausulæ salu-
tares.

§. 23. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irri-
tans.

§. 24. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 25. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et perso-

nis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in arce Gandulphi sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno quarto.

CCVIII.

Dat. die 10.
novemb. 1772.
Anno IV.

Ecclesia, et collegium Societatis Jesu in civitate Tusculana existens unitur, et incorporatur seminario ejusdem civitatis etc.

Venerabili fratri Henrico episcopo
Tusculano
S. R. E. cardinali duci Eboracensi
nuncupato

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater Noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **P**ræclaram, et pene singularem fraternitatis tuæ pietatem, liberalitatem, atque eximiam in commissio tibi Tusculanæ ecclesiæ regimine salutis animarum, et ecclesiasticæ disciplinæ sollicitudinem multis jam modis dudam demonstratam, novissime autem in augendo, ditando, et ornando ipsius ecclesiæ, et civitatis seminario, summa animi Nostri voluptate, adeo amplio-rem, atque uberio-rem agnovimus, ut in iis omnibus, quæ ejusdem seminarii necessitatem, utilitatem, et commoditatem quoquomodo respiciunt, apostolicæ Nostræ auctoritatis partes desiderari nimine patiamur, illasque libenter in id interponimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Cardinalis E-
boracensis lau-
des.

§. 2. Posteaquam enim per alias Nostras in simili forma Brevis die xii.

Memorantur
providentiæ
captæ pro fe-

loci gubernatio
seminarii, et
scholarum ci-
vitatatis.

februarii MDCCLXX. expeditas literas natio, annexio, et incorporatio tam antiqui seminarii Tusculani, quam scholarum publicarum civitatis hujusmodi jampridem a fel. recordationis pp. XIII. prædecessore Nostro, dum in minoribus Tusculanæ ecclesiæ præerat, et a communitate, ejusdem civitatis collegio clericorum regularium Societatis Jesu in dicta civitate Tusculana existenti expleta apostolica auctoritate a Nobis dissoluta, sejuncta, et separata fuerat; ut indemnitati seminarii, publicarumque scholarum hujusmodi consultum esset per alias quoque Nostras in pari forma Brevis die xxviii. julii ejusdem anni MDCCLXX. expeditas literas, te in visitatorem apostolicum, collegii, seminarii, et scholarum publicarum dictæ civitatis constituimus, et deputavimus cum facultatibus necessariis, et opportunis per te, vel alium, sive alio arbitrio tuo eligendum, seu eligendos, collegium, seminarium, et scholas hujusmodi, eorumque bona visitandi, ac peculiarem, diligentemque cognitionem annuorum fructuum, reddituum, et proventuum, atque expensarum sumendi, rationemque dati, et accepti recognoscendi, ac subducendi, aliaque omnia circa præmissa quomodolibet necessaria, et opportuna gerendi, et faciendi, ac alias prout in eisdem duobus Nostris literis, quorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Tanta autem fuit fraternitatis tuæ solertia, vigilantia, ac liberalitas, non solum in seminarii hujusmodi fabrica, non levi sumptu, et quoad fieri posset, commodiori reddenda, sed etiam in magistris, lectoribus, et ministris eligendis, et deputandis, ut, benediciente Domino actus suos, seminarium Tusculanum alumnorum copia referunt modo conspiciatur; ac pari insuper diligentia, et studio impositum visitatoris munus implere curasti, sed propter, vel omnidam deficientiam librorum, qui necessarii erant ad rationes reddendas, vel quia in aliis libris ad id non admodum necessariis plura folia abscissa fuerant, volita redditio rationis peragi, ac visitatio ipsa penitus absolvi minime valuit.

§. 4. Cum autem præ loci angustia fabrica seminarii prædicti, neque etiam cum domo e illius conspectu nuperime comparata, ita extendi, aut ampliari potuerit, ut satis omnino esset necessario usui, et habitationi tot alumno-

rum, magistrorum, lectorum, ac ministrorum, quippe quia adhuc desiderantur loca, in quibus apte ad peragendas sacras functiones, aliosque communitatis actus exercendos alumni simul valeant convenire; tantæ vero indigentia, ac necessitati consultum solummodo esset, quoties proximum collegium prædictum una cum illius ecclesia eidem seminario auctoritate Nostra apostolica uniatur, et applicetur.

§. 5. Nos itaque omnia a fraternitate tua tam laudabiliter, diligenter, ac tanta liberalitate, gesta, et facta quam maxime in Domino commendantes, et de præmissis omnibus plenam notitiam habentes, ac seminarii prædicti necessitatibus, eo modo, quo tantum in hisce rerum circumstantiis fieri potest, in totius civitatis, et diocesis Tusculanæ spirituale bonum, ac decus, paterna charitate, consulere capientes, illiusque alumnos, magistros, lectores, et ministros specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, et motu etiam proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, fraternitati tuæ per præsentem injungimus, ut ecclesiam, et collegium clericorum regularium Societatis Jesu in civitate Tusculana existentium, una cum omnibus eorum bonis, stabilibus, mobilibus, semoventibus, et supellectilibus, annexis, et connexis, ac dependentibus, nec non creditis, juribus, et actionibus quibuscumque ad ecclesiam, et collegium hujusmodi quomodolibet spectantibus, et pertinentibus, ac quæ quandocumque, et ex quacumque causa spectare, et pertinere poterunt in futurum eidem seminario civitatis Tusculanæ auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium, perpetuo unias, applies, et assignes, dictumque seminarium, seu illius legitimum procuratorem in veram, realem, et actualem possessionem, et respectivo quasi possessionem ecclesiæ, collegii, et prædictorum universorum bonorum, jurium, atque actionum auctoritate, et tenore prædictis inducas, atque immittas.

§. 6. Volumus autem, ut ecclesia prædicta debitis non fraudetur obsequiis, et quæcumque legata, ac omnia onera,

Hæc de causa unitur eidem seminario collegium, et ecclesia jam partibus ex congregatione Jesu possessa.

Et quantum in id iocundaverit cardinalis episcopus refertur.

Sed ob loci angustiam seminarii fabrica usui cui est destinata respondere non potest narratur.

Cavetur ne ecclesia debitis fraudetur obsequiis, utque

immediata lo-
corum peraga-
tur evacuatio.

quibus ecclesia, collegium, eorumque bona hujusmodi obnoxia quomodolibet de præsentis reperiuntur, ab eodem seminario in futurum exequenda sint, atque omnino adimplenda. Mandantes propterea dilectis filiis moderno ejusdem collegii rectori, aliisque ministris, et personis ibidem existentibus sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro pœnis, ut in præmissis omnibus, et singulis prompte pareant, et obediant, ac intra tempus a te præfigendum omnia suppellectilia sacra, mobilia, scripturas, cæterasque res ad ecclesiam, et collegium ejusmodi quomodolibet spectantes, et pertinentes, dicto seminario, seu ejus legitimo procuratori realiter, et cum effectu consignent, et tradant, seu consignari, et tradi curent, et faciant.

Clausula salu-
tates pro ple-
na constitutio-
nis executione

§. 7. Ac decernentes easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod rector, et clerici regulares collegii, et Societatis hujusmodi, et alii quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis existant, seu alias specifica, et individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, causæque, propter quas præsentis emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque

spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

§. 8. Sicque, et non aliter, in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse commutamus, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non societatis prædictæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima novembris millesimo septingentesimo, septuagesimo secundo, pontificatus Nostrî anno quarto.

Derogatio con-
trariorum.

CCIX.

Dat. die 12.
novemb. 1772.
Anno IV.

Confirmatio resolutionum particularis congregationis consistorialis pro Francisca Christina ex principibus palatinis Rheni abbatissa ecclesie Thorensis

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias Nos ad dirimendas controversias diu exortas inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Franciscam Christinam ex principibus palatinis Rheni de Sultzbach abbatissam capituli utriusque sexus collegiate ecclesie oppidi Thorensis Leodiensis diocesis ex una, ac dilectas in Christo quoque filias canonissas, dilectosque iidem filios canonicos ipsius capituli, partibus ex altera, de consilio congregationis venerabilium fratrum Nostorum S. R. E. cardinalium rebus consistorialibus prepositae, et habitae die xxvii. martii MDCCLXX. praevia avocatione causarum a quocumque iudice, et tribunali Urbis, congregationem consistorialem particularem ad Nobis referendum deputavimus. Rationum itaque momentis hinc inde deductis, diligenterque inspectis, ac mature perpensis coram eadem particulari congregatione die iv. augusti currentis anni proposita fuerunt unum, et viginti dubia, quorum resolutionem Nobis deinde relata approbavimus, et confirmavimus; tenor autem dubiorum, et resolutionum huiusmodi est sequens, videlicet.

§. 2. Ad I. = An serenissimae abbatissae Thorensi competat omnimoda, et privativa iurisdictio ecclesiastica in ecclesia Thorensi, et in canonissas, canonicos, caeterasque personas illius servitio addictas, et ab ea dependentes, in casu etc.

Affirmative juxta modum, exceptis nempe omnibus, quae de jure, vel consuetudine minime competunt, nec non adhibito consilio, ac respective consensu in casibus de jure expressis.

Ad II. = An abbatissa, capitulares, et gremiales collegiate Thorensis teneantur servare, et exequi respectiva iuramenta, in cujuslibet eorum admissione praestanda, in casu etc.

Affirmative quoad iuramenta praestanda, servata juris canonici forma, et non aliter, et ad nuntium apostoli-

Bull. Rom. Tom. IV.

cum pro confectione formulae iuramenti, auditis partibus.

Ad III. = An iidem cogendi sint ad observantiam, et executionem legum ecclesiasticarum in iisdem iuramenti comprehensarum, in casu etc.

Provisum in II.

Ad IV. = An, et cui competat jus primae instantiae in canonissas, canonicos, caeterasque personas ab ecclesia Thorensi dependentes, in casu etc.

Competere abbatissae.

Ad V. = An, et quomodo, et a quo sit exercendum jus corrigendi, et mulctandi excessus dictorum capitularium, et gremialium in levibus, in casu etc.

Jus corrigendi, et mulctandi competere abbatissae, et respectivae decanissae, ad formam decreti bo. me. Franciotti, et mandati bo. me. Pallavicini, exequendorum tamen juxta instructionem dandam a domino secretario ad mentem, et amplius.

Ad VI. = An, et cui competat correctio excessuum, et delictorum in gravibus, et quomodo exercenda, in casu etc.

Provisum in proximo, et amplius.

Ad VII. = An, et cui competat jus indicendi preces publicas, et respective demandandi appositionem tabellae, ejusque executionem, in casu etc.

Competere abbatissae in ecclesia, et monasterio, et amplius.

Ad VIII. = An competat abbatissae jus affigendi edicta, quoad administrationem officiorum in ecclesia, et exercitium cultus divini, et functionum ecclesiasticarum in eadem ecclesia sine consensu capituli, in casu etc.

Affirmative et amplius.

Ad IX. = An capitulares, et beneficiarii ejusdem ecclesiae teneantur orare per horam, dum sanctissimum Sacramentum exponitur pro oratione quadraginta horarum, aliisque ecclesiae solemnitatibus, et publicis precibus interesse; et quatenus affirmative.

Affirmative, et amplius.

Ad X. = An dictis capitularibus, et beneficiariis pro dicta oratione, et interessentia debeatur aliquod particulare stipendium, in casu etc.

Negative, et amplius.

Ad XI. = An, et quomodo sit locus resignationi canonicatum, et beneficiorum dictae ecclesiae favore certae personae coram summo pontifice, et in apostolica dataria, in casu etc.

S s s

Super iuribus abbatissae, canonissarum, et canonicorum collegiate ecclesiae oppidi Thorensis, ac super controversiis inter eos exortis peculiaris deputata fuit congregatio ad referendum; quae sub conceptis dubiis formulis quaestiones ipsas diremit.

Tenor dubiorum, cum eorum respectivis solutionibus.

Recurrant in casibus particularibus ad sanctam Sedem.

Ad XII. = An, et quomodo sustineantur pensiones super dictis canonicatibus, et beneficiis, in casu etc.

Provisum ut ad proximum.

Ad XIII. = An liceat abbatissæ plura ex beneficiis, seu officiis, et altaribus in dicta ecclesia uni personæ conferre, et super eorum foundationibus dispensare, eorumve onera mutare, in casu etc.

Quoad primam dubii partem providebitur in casibus particularibus; quoad secundam, negative, et amplius.

Ad XIV. = An, et cui competat jus cognoscendi, seu decidendi super validitate, vel invaliditate testamentorum capitularium, et gremialium dictæ ecclesiæ, eorumque hæreditates custodiendi, et obsequandi, stante dubio de valore prædictorum testamentorum, in casu etc.

Competere abbatissæ.

Ad XV. = An sit exhibenda, vel extrahenda abbatissæ originalia testamentorum ad excludendum jus spoli favore ejusdem abbatissæ, seu potius sufficiat copia publica, in casu etc.

Esse tradendam abbatissæ copiam publicam, et esse eidem exhibenda originalia pro ejus arbitrio.

Ad XVI. = An teneantur abbatissæ veniam testandi petere a capitulo, in casu etc.

Negative, et amplius.

Ad XVII. = An teneatur abbatissa capitularibus, et gremialibus concedere veniam testandi gratis, in casu etc.

Affirmative, et amplius.

An XVIII. = An, et quomodo agenda sit administratio reddituum bonorum abbatialium, et respective capitularium, in casu etc.

Administrationem reddituum, et bonorum abbatialium esse agendam ab abbatissa; capitularium vero, a capitulo, et amplius.

Ad XIX. = An abbatissa volens redditioni rationum capitularium pro suo interesse assistere, teneatur per se ipsam intervenire, seu possit aliam personam, et quam subdelegare, in casu etc.

Negative ad primam partem; affirmative ad secundam; de gremio tamen capituli, et amplius.

Ad XX. = An, et quibus aliis actibus teneatur abbatissa intervenire capitulo per se ipsam, seu potius per, et quam personam ab ea subdelegandam, in casu etc.

Affirmative in omnibus, juxta tamen indultum Benedicti XIV. anni 1775., deputata tamen persona de gremio, et amplius.

Ad XXI. = An abbatissæ, tanquam canonissæ debeantur fructus æconomici nuncupati, non obstante ejus absentia, in casu etc.

Affirmative, durante indulto, et amplius.

§. 3. Factaque per me infrascriptum de his omnibus Sanctissimo domino Nostro relatione, Sanctitas sua sacræ congregationis particularis sententias benigne approbavit, et juxta eas fieri, et exequi mandavit. Datum Romæ hac die 4. dicti mensis augusti 1772.

Petrus M. Nigronus sac. coll. secretarius.

§. 4. Cum autem, sicut eadem Francisca Christina Nobis nuper exposi fecit, ipsa quo firmiter prædictæ resolutiones particularis consistorialis congregationis hujusmodi subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur ipsam exponentem specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinseras resolutiones dictæ particularis consistorialis congregationis una cum omnibus, et singulis in eis contentis, auctoritate Nostra apostolica confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Sacræ congregationis resolutiones a Sanctissimo approbatae fuerunt.

Preces portante pro confirmatione eorumdem resolutionum.

Confirmatio amplissima, tam generica, quam specifica.

Clausula subblata, et decretum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCX.

Dat. die 17.
novemb. 1772.
Anno IV.

Prohibitio extrahendi libros etc. e bibliotheca a R. P. D. Victorio Giovardi civitati, et seminario Verulano donata, cum facultate in ea asservandi libros prohibitos cujuscumque classis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut accepimus, dilectus filius magister Victorius Giovardi utriusque signaturæ, gratiæ quidem decanus, justitiæ vero pro-decanus referendarius, quo luculentum suæ in patriam charitatis testimonium relinqueret, ac municipes suos præsertim, qui ecclesiasticæ militiæ nomen dedissent ad persequenda alacriter literarum studia, publica proposita commoditate excitaret, suam insignem, optimisque tam impressis, quam manuscriptis, ac aliis rebus instructam bibliothecam civitati Verulanæ, ejusque seminario dono dederit; vereatur autem ne lapsu temporis libros hinc inde asportando, illos deperdi contingat.

Bull. Rom. Tom. IV.

Memoratur donatio bibliothecæ a reverendissimo præsule, seminario Verulano facta.

§. 2. Idcirco Nos conservationi, et mantentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque magistrum Victorium specialis favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, et superioritate fungentibus, et functoris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, et præmioentia, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta, aliasque res eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, seu in posterum assignanda, et donanda e bibliotheca hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolute beneficium, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, pœna, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdiciamus.

§. 3. Nec non ut in ipsa bibliotheca quorumvis hæreticorum, et hæresiarcarum, aliorumque reprobatorum auctorum, cujuscumque sectæ, et classis, etiam primæ, ac ex quacumque causa etiam ob falsi dogmatis suspicionem a prædecessoribus Nostriis romanis pontificibus, ac etiam in quibusvis conciliis generalibus a Nobis, et Sede apostolica quomodolibet prohibita, et damnata, ac a Nobis, successoribusque Nostriis romanis pontificibus, et dicta Sede in futurum forsan prohibendi, et damnandi libri, manuscripta, et opera tam hactenus in lucem edita, quam in posterum edenda, seu scribenda quæcumque etiam si ex professo, et in capite de religione, a fide catholica, et contra religionem, et fidem easdem tracteat in ipsa bibliotheca collocati, et collocata, ac in futurum quomodolibet collocandi, et collocanda retineri, haberi, et asservari dumtaxat libere, et licite, ac impune, et absque ullo con-

Conservationi librorum ad quædam bibliothecam pertinentium consultatur, prohibita extractione sub poena excommunicationis lata sententiis.

Jus tribuitur in eadem bibliotheca asservandi libros quoscumque damnatos, et etiam ex professo de hæresi pertractantes.

scientiæ scrupolo, et quaruncumque ecclesiasticarum sententiarum, et censurarum, vel aliarum pœnarum etiam irregularitatis, infamiæ, et inhabilitatis incursu possint, et valeant, ita tamen, ut illi, et illa ab aliis separati, et separata, et sub clave, ne ad aliorum manus deveniant retineantur, ac non nisi ab iis, qui opportunam super eorum lectione licentiam sibi canonice concessam esse bibliothecario pro tempore existenti ostenderit, legi permittantur, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non prohibitionibus desuper factis, et in posterum quomodolibet faciendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium exemplum in valvis bibliothecæ prædictæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo cerni ab omnibus, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto,

CCXI.

Dat. die 18.
novemb. 1772.
Anno IV.

Capitulo, et canonicis collegiatae ecclesiæ beatæ Mariæ immaculatæ Monachii Frisingensis diœcesis indulgetur, ut ipsi temporibus etiam adventus, et quadragesimæ recitare possint die Jovis officium corporis Christi, et die sabathi de conceptione beatæ Mariæ virginis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii decanus, et canonici capituli parochialis, et collegiatae ecclesiæ sub titulo beatæ Mariæ virginis immaculatæ oppidi civitatis nuncupatæ Monachii in Bavaria Frisingensis diœcesis, quod in collegiata ecclesia prædicta juxta piam institutionem memoriam hominum excedentem qualibet feria quinta missa solemniter decantari solet, eaque absoluta, fit solemniter processio augustissimi Eucharistiæ sacramenti, interresentibus civibus, atque universitatibus artium suo ordine distributis, maximamque populi quantitatem constituentibus; quolibet vero die sabathi post decantatum matutinum una cum laudibus, solemniter missa celebratur beatæ Mariæ virginis ex fundatione in ejus honorem constituta a devotione, et pietate electoralis domus Bavaricæ. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum alias concessum fuerit, ut qualibet feria quinta in prædicta ecclesia officium, quod in die festo corporis Christi recitatur, quolibet vero die sabathi officium de conceptione beatæ Mariæ virginis, exceptis feriis v., et sabathis adventus, et quadragesimæ recitari possit, et alias prout in rescriptis, seu decretis dictæ congregationis continetur. Ipsi vero exponentes officia hujusmodi, etiam in feriis v., et sabathis adventus, ac quadragesimæ, non impeditis tamen ab officio novem lectionum, recitare posse plurimum desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Expositio præcum.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosc-

Conceditur gratia ut in sumario, reservatur.

tis diebus im-
peditis ab offi-
cio novem le-
ctionum.

qui volentes, et eorum singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis,
et interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-
suris, sententiis, et pœnis quovis mo-
do, et quacumque de causa latis, si
quas forte incurrerunt, hujus tantum
rei gratia absolventes, et absolutos fore
censentes, atque ex peculiaribus circum-
stantiis, et causis Nobis notis, et ani-
mum Nostrum moventibus, hujusmodi
supplicationibus inclinati, eisdem nunc,
et pro tempore existentibus decano, et
canonicis, atque capitulo dictæ ecclesiæ
collegiatæ, ut ipsi temporibus etiam ad-
ventus, et quadragesimæ, qualibet fe-
ria v. officium, et missa corporis Chri-
sti, et quolibet die sabathi officium,
ac missa de Conceptione beatæ Mariæ
virginis, dummodo uterque dies hujus-
modi ab officio novem lectionum im-
peditus minime sit, libere, ac licite
sub ritu duplicis recitare possint, ac
valeant, facultatem auctoritate aposto-
lica tenore præsentium ex speciali gra-
tia concedimus, et indulgemus.

Clausula su-
blata, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus
litteras firmas, validas, et efficaces exi-
stere, et fore, suosque plenarios, et
integros effectus sortiri, et obtinere, ac
illis, ad quos spectat, et pro tempore
quandocumque spectabit in omnibus,
et per omnia plenissime suffragari. Sic-
que in præmissis per quoscumque ju-
dices ordinarios, et delegatos etiam cau-
sarum palatii apostolici auditores judi-
cari, et definiri debere, ac irritum,
et inane, si secus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis,
ac in universalibus, provincialibusque,
et synodalibus conciliis editis generali-
bus, vel specialibus constitutionibus, et
ordinationibus, nec non dictæ collegia-
tæ ecclesiæ, et capituli etiam juramen-
to, confirmatione apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis, et con-
suetudinibus; privilegiis quoque indul-
tis, et literis apostolicis superioribus,
et personis sub quibuscumque tenori-
bus, et formis, ac cum quibusvis etiam
derogatoriis derogatoriis, aliisque ef-
ficacioribus efficacissimis, ac insolitis
clausulis, irritantibusque, et aliis de-
cretis in genere, vel in specie, ac aliis
in contrarium quomodolibet concessis,
approbatis, et innovatis. Quibus omni-
bus, et singulis illorum tenores præ-
sentibus pro plene, et sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robore
permansuris, ad præmissorum effectum;

hac vice dumtaxat, specialiter, et ex-
presse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque. Datum Romæ apud san-
ctam Mariam majorem sub annulo pi-
scatoris die decima octava novembris
millesimo septingentesimo septuagesi-
mo secundo, pontificatus Nostri anno
quarto.

CCXII.

Dat. die 21.
novemb. 1772.
Anno IV.

Prohibitio extrahendi libros, folia etc. ex
archivio capituli, et canonicorum ca-
thedralis ecclesiæ Astoricensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**onservationi, et manuten-
tioni librorum, et monumentorum ar-
chivii capituli, et canonicorum ecclesiæ
cathedralis Astoricensis opportune pro-
spicere, ipsosque canonicos specialis fa-
vore gratiæ prosequi volentes, eorum-
que singulares personas a quibusvis ex-
communicationis, et interdicti, aliis-
que ecclesiasticis censuris, sententiis,
et poenis quovis modo, et quacumque
de causa latis, si quas forte incurre-
runt, hujus tantum rei gratia absol-
ventes, et absolutos fore censentes, sup-
plicationibus eorum nomine Nobis hu-
militer porrectis inclinati, omnibus, et
singulis personis quacumque auctori-
tate, et superioritate fungentibus, et fun-
cturis, ac cujusvis status, gradus, et
conditionis, ac præminentiæ, et di-
gnitatis nunc, et pro tempore existentibus
ne ullo unquam tempore libros, mo-
numenta, quinternæ, folia sive impres-
sa, sive manuscripta eidem archivio
hactenus assignata, seu in posterum as-
signanda ex archivio hujusmodi extra-
here, commodare, seu asportare, vel
ut commodentur, aut extrahantur, seu
asportentur permittere, ac consentire
sub quovis prætextu, quæsito colore,
causa, ingenio quoquo modo audeant,
seu præsumant, sub excommunicationis
latae sententiæ per contrafacientes
eo ipso absque alia declaratione incur-
rendæ, a qua nemo absolutionis bene-
ficium, nisi a Nobis, seu romano Pon-
tifici pro tempore existente, præter-
quam in mortis articulo constitutus ob-
tinere queat, poena, auctoritate apo-
stolica tenore præsentium prohibemus,
et interdicimus.

Extractio libro-
rum et monu-
mentorum pro-
hibetur sub po-
ena excommuni-
cationis latae sen-
tentis, et ab
uno summo pon-
tifici remitten-
da.

Contrariis quibuscumque derogatur.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplam in valvis archivii prædicti, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo cerni ab omnibus, et legi possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima prima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIII.

Datum die 23. novemb. 1772. Anno IV.

Christi fidelibus ecclesias fratrum ordinis minorum Conventualium in primo, et ultimo die novendialium ante festum nativitatis Domini inibi celebrandorum visitantibus plenaria, partialis autem septem annorum, totidemque quadragenarum in quolibet ex cæteris diebus indulgentia conceditur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Designatio operum præstandorum, pro consequendis indulgentiis.

§. 1. Cum, sicut dilectus filius Nicolaus Scandalibeni fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum procurator generalis Nobis nuper exposui fecit, in ecclesiis fratrum ejusdem ordinis missæ, et divina officia, ac alia christianæ pietatis opera per novem continuos dies immediate antecedentes festum nativitatis Domini Nostri Jesu Christi magno Christi fidelium concursu quotidie celebrari, et exerceri consueverint. Nos ad augendam eorundem Christi fidelium devotionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, supplicationibus quoque ejusdem exponentis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Facultas applicandi ipsas indulgentias etiam per modum suffragii.

§. 2. Omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum prædicti ordinis tam erectis, quam in posterum erigendis in primo, et ultimo præfatorum novem dierum singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione

pias ad Deum preces effuderint, quo die hujusmodi id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus; in quolibet vero reliquo ex prædictis novem diebus, iisdem Christi fidelibus dictas ecclesias devote similiter visitantibus, et ibidem orantibus, aliaque præmissa peragentibus, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxiii novembris MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

Fides habenda transumptis.

CCXIV.

Datum die 23. novemb. 1772. Anno IV.

Christi fidelibus quamcumque ecclesiam fratrum ordinis minorum Conventualium die prima februarii, nempe in festo beati Andreæ de Comitibus; ac tam in una quadragesimæ sexta feria, quam in altero ex diebus novendialium ante festa sanctorum Francisci de Assisio, Antonii de Padua, ac Josephi a Cupertino visitantibus, et respective expositioni sanctissimi Sacramenti interessentibus plenaria indulgentia, partialis autem in reliquis feriis, et diebus hujusmodi perpetuo conceditur: eisdemque fratribus fit facultas applicandi animabus defunctorum cunctas indulgentias ecclesiis sui ordinis generaliter elargitas, cum indulto quoad illarum visitationem pro legitime impeditis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate

Ratio concessio.

intenti, supplicationibus quoque dilecti filii Nicolai Scandalibeni fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum procuratoris generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ejusdem ordinis tam erectis, quam in posterum erigendis die prima mensis februarii a primis vespere; ac in singulis feriis sextis quadragesimæ ab ortu usque ad occasum solis diei, et cujusque feriæ hujusmodi respective singulis annis devote visitaverint; quique expositioni sanctissimi Eucharistiæ sacramenti de Ordinariis respective licentia in præfatis ecclesiis per novem continuos dies immediate præcedentes festa sanctorum Francisci de Assisio, Antonij de Padua, ac Josephi a Cupertino singulis etiam annis faciendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam prædicta prima die mensis februarii, ac in una tantum ex feriis sextis quadragesimæ, prout etiam in uno ex singulis novem diebus hujusmodi respective per unumquemque Christi fidelem ad sui libitum eligendis quolibet anno lucrificandam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem Christi fidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, memoratas ecclesias in reliquis feriis sextis quadragesimæ devote similiter visitantibus, et ut supra, orantibus, qua feria hujusmodi id egerint, septem annos, et totidem quadragenas: in quolibet vero ex cæteris diebus prædictis centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 2. Quas, ac reliquas quascunque indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiæ relaxationes per romanos pontifices prædecessores Nostros fratribus sæpediti ordinis suas ecclesias visitantibus, aliaque pia opera peragentibus usque nunc concessas, ut ipsi eas etiam animabus Christi fidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, impertimur. Eisdem denique fratres amplioris gratiæ dono prosequi volentes,

Quid sit præstandum pro consecutione indulgentiarum præfinitur.

si, et quando iidem ab aliqua corporis infirmitate, aliove legitimo impedimento detenti fuerint, quominus ecclesias prædictas pro indulgentiarum hujusmodi consecutione visitare queant, ut eas lucrari valeant perinde, ac si ecclesias ipsas personaliter, et devote visitarent (dummodo tamen reliqua ad easdem indulgentias lucrandas injuncta opera adimpleverint) auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et largimur.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Contrariis derogatur.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno quarto.

Fides habenda transumptis.

CCXV.

Dat. die 24. novemb. 1772. Anno IV.

Indultum, ut alumni seminarii montis Regalis in Sicilia in concursu ad dignitates, canonicatus etc. admittendi sint perinde ac si lauream doctoralem fuissent assequuti etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum, sicut accepimus, ad nonnullas dignitates, canonicatus, aliaque beneficia diocesis montis Regalis in Sicilia regno, vel juxta romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones, quemadmodum cautum præcipue est quoad canonicatus, et dignitates collegiatæ ecclesiæ loci de Bisacquino nuncupatæ, diocesis prædictæ, vel juxta foundationis leges, aliasque dispositiones, necessario requiratur, ut ii, qui admittendi sunt, lauream doctoralem vel in sacra theologia, vel in jure canonico ab aliqua univer-

Memorantur leges quibus ex pleri debet concursus ad canonicatus, et dignitates ecclesiæ Bisacquino nuncupatæ.

sitate, seu collegio jampridem obtinuerint.

Ob præstantiam studiorum, ac pietatem, quam colitur in seminario montis Regalis generali legi derogatur pro alumnis inibi degen-
tibus.

§. 2. Admodum vero conveniens, et quammaxime utile dignoscatur, alumnis, qui in seminario montis Regalis non solum studiis præsertim sacræ theologiæ, et juris canonici operam dederunt, sed etiam ad pietatem, et religionem ibidem sunt informati, licet lauream doctoralem prædictam alibi in aliqua universitate, aut collegio minime assecuti fuerint; nihilominus ad obtinendas dignitates, canonicatus, et beneficia dictæ diœcesis admittendos esse. Hinc est, quod Nos majori huic bono, et ejusdem seminarii utilitati, ac decori consulere cupientes, atque illius alumnos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hac perpetuo valitura constitutione sancimus, atque præscribimus, ut omnes ii, qui in dicto seminario studiis juris præsertim canonici, et sacræ theologiæ operam dederint, atque ita profecerint, ut a venerabili fratre nunc, et pro tempore existente archiepiscopo montis Regalis testimonium obtinuerint, quo habiles, et idonei speciatim ad hoc declarati fuerint, ut in casu cujuscumque vacationis, seu provisionis dignitatum, canonicatum, et beneficiorum diœcesis prædictæ, et eorum etiam expresse, ad quæ laurea doctoralis requiritur, de his reipsa, et cum effectu provideri possint, et provideantur; ejusdemque nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi testimonium, constitutionibus apostolicis, foundationis lege, aliisque dispositionibus, quæ lauream doctoralem ad præmissa, ut præfertur, requirant, minime obstantibus, ipsis suffragari debere in omnibus, et per omnia, perinde ac si lauream doctoralem prædictam in aliqua publica, et approbata universitate, seu collegio fuissent assecuti, auctoritate apostolica, tenore præsentium volumus, statuimus, atque mandamus.

Clausula salutaris pro plena constitutionis executione.

§. 3. Decernentes ipsas præsentem litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime

suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quorumcumque fundatorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, aut quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.

CCXVI.

Congregationi presbyterorum sæcularium oratorii sancti Philippi Neri civitatis Macarensis communicantur privilegia presbyterorum congregationis romanæ ejusdem oratorii,

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **M**ilitantis Ecclesiæ regimini meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes presbyterorum sæcularium congregationes in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque bo-

Proemium.

Datum die 3. octob. 1772. Anno IV.

norum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoramus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

Congregatio, et ipsius sacerdotum eisdem donati sunt privilegiis, et gratiis, quibus utuntur sacerdotes ipsius congregationis s. Mariæ, et s. Gregorii in Vallicella de Urbe.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis sancti Philippi Nerii civitatis Macarensis, quod nuper eadem congregatio a Nobis confirmata, et nonnullis gratiis, et indultis, ac privilegiis decorata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod pariter filii presbyteri sæculares congregationis oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in ecclesia ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de Urbe erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsentem. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta dictæ congregationis romanæ, subinde a recolendæ memoriæ Paulo V., Gregorio XV. et Urbano VIII. romanis pontificibus prædecessoribus etiam Nostris specialiter approbata, ipsique congregationi romanæ, ac illius ecclesiæ presbyteris, et personis ab iisdem, et forsitan aliis romanis pontificibus quoque prædecessoribus Nostris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expediti, uberius dicitur contineri; ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignamur.

Concessionem hujusmodi ab aliis summis pontificibus e largita confirmantur tam in genere, quam in specie.

§. 3. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac prædictarum literarum apostolicarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictæ congregationi Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Macarensis, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore

Bull. Rom. Tom. IV.

existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, et indulgentiis, ac exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationi romanæ, ejusque ecclesiæ, presbyteris, ac personis per prædictos romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, ac expressione dignis, ex quibus eadem congregatio romana, ejusque ecclesia, presbyteri, ac personæ ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsentem utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, non tamen indulgentia perpetua a felicis recordationis Benedicto pp. XIII. prædecessore quoque Nostrum memoratæ ecclesiæ ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de Urbe sub certis modo, et forma tunc expressis concessa, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta hujusmodi ipsi congregationi civitatis Macarensis, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi civitatis Macarensis a Nobis, sicut præmittitur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis civitatis Macarensis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes regulas, et instituta prædicta congregatione romanæ, ut præfertur, approbata observent, apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula salutaris, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et concellaræ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis civitatis Macarensis,

Derogatio contrariorum.

aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 4.
decemb. 1772.
Anno IV.

CCXVII.

Simplicia, et perpetua beneficia sub invocatione sancti Leonardi, ac beatæ Mariæ virginis uniantur ecclesiæ parochiali Conventualium sancti Angeli ordinis sancti Francisci civitatis Anagninæ.

Clemens episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **R**ecta Ecclesiæ honorum omnium administratio, quam in beati Petri cathedra constituti divinitus accepimus, a Nobis expostulat, ut decori domus Dei potissimum prospiciamus, in eaque sacra ministeria ad debitum eidem supremo numini cultum, et laudem persolvendam, pietatemque in populis augendam aptissima, quam maxime fieri potest, ex dignitate exerceri curemus.

Expositio præcui parrectarum pro obtinenda unione, et incorporatione beneficiorum.

§. 2. Detulerunt quidem ad Nos dilecti filii custos, et fratres ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum in conventu sancti Angeli civitatis Anagninæ degentes, quod ubi primum illius conventus ecclesia, quæ etiam parochialis est fratribus dicti or-

dinis tradita fuit, omnia bona ad ecclesiam eandem olim spectantia, ut mensæ capitulari cathedralis ecclesiæ Anagninæ applicarentur, sejuncta fuerent; ecclesia vero ipsa informis, et squallida erat, ac prorsus indeceus, sacrisque destituta suppellectilibus. Adeo tamen diligens, et assidua fuit fratrum dicti conventus cura, et procuratio, ut ecclesiam ipsam fere ex integro construxerint, et ornaverint, suppellectiles sacras restituerint, et renovaverint, ac modo in ea ecclesia statis diebus tot peraguntur ecclesiasticæ functiones, ut frequentissimus sit nedum parochianorum, sed aliorum quoque fidelium ad illam accessus. Verum cum ob ingentes peractos sumptus, ac illos etiam, qui in dies fieri debent nimis graventur dicti conventus redditus; ideo ad consulendum prædictæ ecclesiæ dotationi iidem custos, et fratres Nobis humiliter supplicarunt, ut unum sancti Leonardi, et alterum beatæ Mariæ virginis perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica in ipsa ecclesia sancti Angeli sita, ad quorum primum jus personam idoneam præsentandi pro tempore existentibus custodi, et fratribus ejusdem conventus, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis, competit; alterum vero, quod liberæ collationis est, eidem ecclesiæ unire dignemur.

§. 3. Nos autem quidquam deliberare minime censuimus, nisi audito prius venerabili fratri Nostro episcopo Anagnino, qui composita, distinctaque relatione tam de primævo, quam de recenti dictæ ecclesiæ sancti Angeli statu cumulate Nos reddidit instructos, atque exquisitam unionem commendare non dubitavit.

Episcopus laudat susceptum consilium.

§. 4. Proptereaque, Domino benedicente, quod dicti ordinis professores, inter quos cum in minoribus essemus, fuisse gloriamur, magnopere in illa etiam civitate Christifideles ad christianam pietatem favendam excitent, æternamque illorum salutem cunctis spiritalibus subsidiis procurare studeant, ut ad necessarios sumptus opportune consulatur, utrumque beneficium supra expressum, quorum primum Josephi Mattei, et alterum Antonii Tesori presbyteri dilecti filii ad præsens obtineat, ac quorum insimul fructus, redditus, et proventus, etiam non deducto onere celebrationis unius missæ quolibet hebdomada juxta supremas tabulas quondam Livie Macciochi primodicti he-

Unionem indulgat pontifex adjectis nonnullis reservationibus.

neficii fundatrici illud pro tempore obtinenti incumbente, annuam summam viginti quator ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem, ut accepimus, non excedunt, ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen illa ex præfatorum Josephi, et Antonii personis quovis modo, etiam in aliquo ex mensibus Sedi apostolicæ reservatis, aliisque reservationibus apostolicis contingentibus, atque apud Sedem apostolicam; seu in mensibus ad Ordinarios collatores spectantibus respective vacaverint, illorumque titulos collativos, nomina, denominationes, essentias.

Beneficia collativa esse desinunt, et quæ obvenire collationes possent irritæ declarantur.

§. 5. Ita quod dicta beneficia ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinant, et de cætero uti talia quavis auctoritate conferri, seu de illis quovis modo disponi amplius nequeat, et si illa deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, aut alias de illis disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet faciendæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, et momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam coloratum titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Bona singula beneficiorum post eorum proximam vacationem eidem ecclesie incorporantur.

§. 6. Porro suppressorum beneficiorum omnia, et singula bona, res, proprietates, fructus, redditus, et proventus, ac jura quæcumque ad illa respective spectantia etiam ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen illa ex prædictorum Josephi, et Antonii personis quovis modo respective vacaverint, ut præfertur, et non alias, nec antea eidem ecclesie sancti Angeli; ita quod liceat custodi, et fratribus dicti conventus nunc, et pro tempore existentibus, postquam tamen ex Josephi, et Antonii personis, ut præfertur, vacaverint, per se, vel alium, seu alios eorum, et ejusdem ecclesie sancti Angeli nomine dictorum suppressorum beneficiorum, illorumque bonorum, rerum, proprietatum, ac jurium prædictorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere capere, et captam perpetuo retinere, dictaque bona, res, et proprietates hujusmodi locare, dislocare, arrendere, illorumque fructus, redditus, et proventus percipere, exigere, levare, ac supportato, et adimpleto superrenunciato celebrationis missarum, aliisque oneribus, siquæ

Bull. Rom. Tom. IV.

sint residuum, eorumdemque fructuum, reddituum, et proventuum in ipsius ecclesie usum, et utilitatem convertere, et erogare eadem auctoritate sine alicujus præjudicio, unimus, annectimus, et incorporamus, ac respective applicamus, et appropriamus.

§. 7. Decernentes, prædicti conventus custodum, et fratres nunc, et pro tempore existentes super præmissis a quoquam quavis auctoritate molestari, inquietari, perturbari, vel impediri nullatenus unquam posse, neque debere, et ipsas præsentis literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, ac nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quovis alio quamvis substantiali defectu, aut ex quocumque alio capite, vel causa, quæ ad effectum validitatis præmissorum exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, injus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apositionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse: neque ipsas præsentis sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum generalibus revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, et successores Nostros romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem eandem per regulas præsertim cancellariæ apostolicæ pro tempore faciendis, et edendis comprehendendi, vel confundi, sed semper ab illis exceptas fore, et esse.

A quavis molestia custodes, et fratres conventus eximuntur.

§. 8. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque iudicio, et qualibet instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 9. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de unionibus

Derogatur omnibus in contrarium factis.

committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de exprimendo vero annuo valore beneficiorum ecclesiasticorum, ac postremi generalis concilii, et aliorum etiam generalium conciliorum uniones perpetuas nisi a casibus a jure permissis fieri prohibentium, aliisque generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, et expressa mentio facienda foret, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat derogamus contrariis quibuscumque.

Prohibita rectoribus beneficiorum directis, ne eadem beneficia resignare præsumant.

§. 10. Volumus autem, quod Joseph, et Antonius prædicti, unum, et alterum beneficia per eos respective obtenta in favorem alicujus, seu aliquorum, vel simpliciter, et libere, aut ex causa permutationis in Nostris, et romani Pontificis pro tempore existentis manibus, vel coram loci Ordinario, aut coram notario publico, et testibus resignare, dimittere, vel permutare nequeant; sique resignatio, dimissio, vel permutatio fieri contigerit, tunc præsentibus Nostræ literæ suum sortiantur effectum, et resignatio, dimissio, aut permutatio in favorem unionis per præsentibus factæ peracta censeatur.

Sanctiæ poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, unionis, annectionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pridie nonas decembris, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXVIII.

Datum die 7.
decemb. 1772.
Anno IV.

Extentio constitutionum Clementis XII., et Benedicti XIV. contra homicidas pro ditione ecclesiastica editarum ad ducatus, et ditiones Theodori comitis palatini Rheni S. R. I. principis electoris.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias felicitis recordationis Clementis pp. XII. prædecessor Noster per suas sub plumbo expeditas literas, nempe primo kalendas februarii anno incarnationis dominicæ MDCCXXXIV., pontificatus sui anno V. ad compescenda, et coercenda, atque ab hac alma Urbe, totaque temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditione penitus avertenda, atque eliminanda homicidia, quæ a viris sanguinum divini, humanique juris oblitis incredibili cum immanitate in dies magis magisque increbescente sæpissime patrari, non sine gravissimo paterni sui animi dolore, ac mœrore audiverat, constitutionem, quæ incipit = In supremo justitiæ solio = promulgavit, in qua postquam omnes, et singulas constitutiones a recolendæ memoriæ Pio II., Paulo II., Sixto IV., Gregorio XIV., Clemente VIII., Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII. et quibusvis aliis romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, tunc suis, adversus homicidas saluberrime editas approbavit, confirmavit, et innovavit, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari potuisset, in pristinum restituit, et plenarie reintegravit, quas deinceps omnino, et inviolabiliter observari præcepit, et mandavit; inter cætera in eadem constitutione contenta hæc præscripta erant tenoris qui sequitur.

Memorantur quot providæ constitutiones editæ fuerint a summis pontificibus pro compescendis criminibus, evertendisque homicidiis in alma Urbe, et in tota S. Ecclesiæ ditione.

§. 2. Et quoniam experimento compertum est, administrationem, et cursum rectæ, et expeditæ justitiæ, qua reipublicæ salus præcipue innititur, summopere obturbari, vel ab excessivo numero privilegiorum, vulgariter patentati nuncupati vel a minus recta intelligentia privilegiorum concessorum, proinde salvis, firmisque remanentibus decretis, et resolutionibus, quæ temporibus felicitis itidem recordationis Urbani pp. VIII., et dictorum Innocentii XI. et Innocentii XII. prædecesso-

Speciales providentiæ circa observantiam privilegiorum, et immunitatem ecclesiasticam.

rum, aut alias quodcumque ea super re emanarunt, volumus, quod privilegium fori nemini quorumcumque privilegiatorum hujusmodi tam in Urbe, quam in reliquo statu ecclesiastico prædictis (officialibus, aliisque privilegiatis a congregatione pro tempore existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, ac ministris necessariis actu inservientibus archiepiscopis, episcopis, et Ordinariis prædictis, eorumque curiis dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragentur, sed dicti privilegiati, quatenus clericali characterè insigniti, Ecclesiæ, et quatenus laici fuerint sæculari jurisdictioni subiaceant; reservantes Nobis facultatem declarandi, quinam, quotque esse debeant veri familiares dictorum archiepiscoporum, episcoporum, ac Ordinariorum, et officiales necessarii curiis ecclesiasticis verum, et actuale servitium præstantes. Iusuper, quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique alias irreprehensibilis, et ab omni culpa, et macula immunis vitæ, ac virtutum exemplo præluere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suæ vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam homicidiis manus suas cruentare non perhorescunt. Nos perversorum quorumcumque malitiæ obyandam esse, non indulgendum probe intelligentes, ad istorum quoque frænandam pervicaciam perpetuo itidem statuimus, quod clericus primæ tonsuræ nullum beneficium ecclesiasticum obtinens, tametsi conditiones clericis hujusmodi a concilio Tridentino præscriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidiis animo deliberato, et præmeditato per eum patris privilegio fori, et canonis in odium tanti excessus, et ad aliorum terrorem exuatur, et uti incorregibilis omnino sæculari potestati subiiciatur, ab ea tamquam laicus legitimis pœnis plectendus. Clericus quoque in minoribus ordinibus constitutus, nec pariter beneficiatus, nec præscripta a concilio Tridentino prædicto servans tam celebs, quam conjugatus in causis homicidii dicto privilegio fori non gaudere, eoque privatus remaneat, neque a proprio episcopo, seu Ordinario repeti, minusque habitum clericalem, quem indigne abiecit, reassumere possit, post totaliter expiatam admissi delicti pœnam. Declaratio autem an reus ante patratum delictum homicidii requisita a concilio Tridentino servaverit, ad episcopum,

aliumque loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim delinquentis assecuratione facienda etiam per iudicem sæcularem nomine Ecclesiæ, qui illum prædictæ Ecclesiæ nomine, ad illius dispositionem retinere possit, et debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria juris canonici, et apostolicarum constitutionum dispositione, seu interpretatione, nec non consuetudine haud refragante.

§. 3. Porro cum idem Benedictus prædecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus, quam alia facinora, in celebri constitutione dicti Gregorii XIV. etiam prædecessoris, quæ incipit = Cum alias = recensita publicæ quieti officere pro commissi sibi apostolici officii debito per præfatam suam anno incarnationis Dominicæ MDCCXXV. sexto idus Junii, cujus initium est = Ex quo divina = evulgatam constitutionem laicos animo præmeditato, ac deliberato proximum suum interficientes ab ecclesiasticæ immunitatis beneficio excluderet et repulerit, atque pro exclusis, et repulsis haberi voluerit; Nos ob gliscentem in dies quorundam ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium, detestandumque crimen prolabantur, ipsorum Gregorii, et Benedicti prædecessorum constitutionibus, quas supra confirmavimus, et innovavimus, inhærentes, et quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum reos immunitate ecclesiastica nequaquam juvari iterum decernentes, eandem Benedicti prædecessoris constitutionem laicos animo præmeditato, ac deliberato proximum suum, sicut præfertur, interficientes a beneficio ecclesiasticæ immunitatis excludentem ad ipsos ecclesiasticos cujuscumque gradus, et ordinis existant, in Urbe, et universa diatione Nobis, et Sedi apostolicæ mediate, vel immediate subjecta homicidium animo similiter præmeditato, seu deliberato patrans extendimus quoque, et ampliamus, dummodo tamen causa admissi per eos homicidii ab illorum iudice ecclesiastico competente cognoscatur, et ab eo, si rei reperi fuerint, citra pœnam sanguinis, ad præscriptum sacrorum canonum condigna puniantur animadversione.

Quodcumque privilegium, et immunitas revocatur adversus laicos deliberato animo homicidas.

§. 4. Ulterius ad varias doctorum, qui ejusdem Benedicti prædecessoris mentem quoad personas in dicta ejus constitutione comprehensas interpreta-

Quos constitutio comprehendat reos, declaratur.

ri, et explicare voluerunt, sententias, et opiniones dirimendas, declaramus, homicidii reos natu minores viginti-quinque, majores viginti annis tam laicos, quam clericos, atque omnes, et singulos sive laicos, sive clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occisori præbuerint, et quorum singulis pravis actibus homicidium evenit, in dictam Benedicti prædecessoris constitutionem comprehensos esse, ac deinde censi debere, ac eam quatenus opus sit, ad ipsos pariter extendimus, ita scilicet, ut illorum extractio a loco immuni, atque traditio curiæ sæculari quad laicos, ad ejusdem curiæ sæcularis requisitionem fiat a curia ecclesiastica, et clerici ab ipsa curia ecclesiastica ex officio omnino extrahantur juxta normam infra dicendam: item declaramus omnes, et singulos prædictos tam laicos, quam ecclesiasticos, qui in Urbe, et ditione prædictis ex causa, et occasione homicidii etiam in rixa commissi armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum inquisiti, processati, vel in contumaciam banniti, et condemnati fuerint, dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem, immunitatis ecclesiasticæ prædictæ beneficio minime etiam gaudere.

§. 5. Utque reorum ratione homicidii, ut præfertur, excepti inquisitorum, seu bannitorum, et in contumaciam condemnatorum extractio ab ecclesiis, aliisque locis immunibus, atque traditio suo cuique judici competenti legitimum modo, et forma a curia ecclesiastica fiat, volumus, et ordinamus, ut quotiescumque judici ecclesiastico competenti innotuerit, aliquem laicum, seu ecclesiasticum ex causa homicidii excepti, inquisitum, aut processatum ad ecclesiam, seu locum immunem confugisse, ibique moram trahere, ac ea super delicti qualitate, ac personæ reitate subministrata, vel acquisita suppetant indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur, tunc idem iudex ecclesiasticus ex officio, et nemine etiam requirente, si delinquens sit clericus, sin vero laicus, postquam a curia sæculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem ab ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii sæcularis, et cum interventu personæ ecclesiasticæ ab episcopo deputandæ devenire teneatur, extractumque ad suos, si tuti, et securi

fuerint, sin minus ad curiæ sæcularis carceres asportari, ibique sub tata custodia delineri curet, et faciat; ubi vero ex processu informativo desuper conficiendo quoad inquisitum nondum condemnatum dictus iudex ecclesiasticus ex acquisitis, seu subministratis indiciis ad torturam tantum sufficientibus ab extracto homicidium a prædicta Benedicti prædecessoris, et ab hac Nostra constitutione excepto patratum fuisse cognoverit, ad declarationem, quod scilicet de casu ita excepto constet, progrediatur, extractumque, si laicus sit, ministris, et officialibus curiæ sæcularis, sin autem clericus ejus competenti judici ecclesiastico tradere, et consignare possit, et debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, et consignmentis hujusmodi a iudice quidem sæculari juramento, et ab ecclesiastico promissione in verbo veritatis de restituendo extractum ecclesiæ, locove immuni sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis, et eidem romano Pontifici pro tempore existenti reservatæ, quatenus extractus in ejus defensionibus, quæ ad tramites juris, et ordinationum apostolicarum ei competunt, præfata elidat, et diluat indicia, et si illa minime eliserit, seu diluerit, et delinquens repertus fuerit, judici suo, scilicet ecclesiastico in clericum, sæculari in laicum, ut juris esse censuerit animadvertere liceat.

§. 6. Quoties autem de jam bannito, aut in contumaciam condemnato ex causa homicidii superius excepti, sive laico, sive ecclesiastico agatur, quilibet iudex ecclesiasticus, ut præfertur, competens ad illius, laici nimirum instante curia sæculari, et clerici ex officio extractionem ab ecclesia, locove immuni, cum interventu quoque personæ ecclesiasticæ ab episcopo deputandæ, ad traditionem suo respective judici, sicut mox dispositum est, faciendam procedat, solumque sententiæ contumacialis, et actorum, quibus illa fundatur, exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus iudex ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit, ad formam constitutionum apostolicarum pronunciare, et declarare queat, et debeat an bannitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat nec ne? exactis pariter, ac receptis a iudice sæculari juramento, si delinquens sit laicus, ab ecclesiastico vero, si fuerit clericus, promissione ipsius, ut supra, restituendi ecclesiæ,

Potestates ecclesiasticæ ex officio procedere debent ad extractionem reorum ecclesiasticorum a locis immunibus, et ad requisitionem curiæ sæcularis adversus laicos.

Contra contumaces extractio a loco immuni præcipienda est sola inspecta sententia condemnatoria.

locove immuni sub antedicta pœna excommunicationis, si extractus in suis similiter defensionibus, et ad præscriptum præfatarum constitutionum apostolicarum competentibus nullitatem, et injustitiam contumacialis sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indicia diluerit, quod si id præstare nequiverit, et ex eisdem sententia, et actis rite, et recte gestis reus repertus fuerit, iudex ejus competens sententiam exequi, et quando aliquem in poena irrogata excessum deprehenderit, etiam moderari valeat, ita quod quæcumque declaratio a prædicto iudice ecclesiastico facta in iudicio ecclesiasticæ immunitatis super consignatione banniti, et in contumaciam damnati, ejusque denegatione nullatenus deservire, et a nemine allegari possit in alio diverso, et separato iudicio, in quo scilicet de prædictæ sententiæ contumacialis executione postmodum disputari contingerit, ad quem effectum dicta declaratio iudicis ecclesiastici per inde habeatur, ac si non emanasset, nec ullus exiude scrupulus animo iudicis competentis in cognoscenda, et definienda validitate, seu nullitate, justitia, sive injustitia ejusdem sententiæ contumacialis ingeratur.

§. 7. Quoniam autem dilectissimus in Christo filius Noster Karolus Theodorus comes palatinus Rheni, et sacri romani imperii elector nobis nuper humiliter supplicari fecit, ut dispositionem prædictæ constitutionis Clementis prædecessoris prædicti superius expressam, et insertam, ad omnes suos status, et ditiones, atque expresse ad ducatus Juliæ, et Montium extendere, et ampliare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Karolum Theodorum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, et tam exitiale homicidiorum flagitium, quantum cum Domino possumus, propulsandum, exterminandumque advigilantes, præfatarum constitutionem pro universa, sicut præfertur, S.R.E. prædictæ ditioe a memorato Clemente prædecessore factam, quoad præinserta in his præsentibus literis respective ad dictos omnes status, ditiones, ac ducatus auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus; atque deinceps cum om-

Clementina constitutionis sanctiones extenduntur ad status, et ditiones comitis Palatini Rheni, et speciatim ad ducatus Juliæ, et Montium.

nibus declarationibus, definitionibus, provisionibus, constitutionibus, et decretis contentis in aliis felicis recordationis Benedicti papæ XIV. prædecessoris itidem Nostri sub plumbo anno incarnationis Dominicæ. MDCCXL. idibus martii expeditis literis incipientibus = Officii Nostri = quarum tenorem hic de verbo ad verbum pro expresso, et inserto haberi volumus, omnino observari præcipimus, et mandamus.

§. 8. Volumus autem veluti alias idem Clemens prædecessor voluit pariter, et decrevit, ut sicut in Nostra ditioe ecclesiastica tum extractus in suis defensionibus, quæ ad tramites juris, et apostolicarum constitutionum ei competunt elidat, et diluat indicia, tum sola sententiæ contumacialis, et actorum quibus illa fundatur exhibitio ad hoc sufficiat, ut iudex ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit ad formam constitutionum apostolicarum pronunciare, et declarare queat, et debeat, an bannitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat, nec ne, tum denique si extractus in suis defensionibus, et ad præscriptum prædictarum constitutionum apostolicarum competentibus nullitatem, et injustitiam contumacialis sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indicia diluerit, ita pariter in civitatibus, terris, oppidis, et locis statuum, ditio- num, et ducatum prædictorum hæc omnia præmissa ad dispositionem juris, et statuta localia intelligi debeant.

Conditiones quibus alligatur executio constitutionis.

§. 9. Ac insuper volumus, ut donec, et quousque sive per Nos ipsos, sive per romanos Pontifices pro tempore existentes declaratio hujusmodi facta non fuerit, si tantummodo familiares, et officiales excepti intelligantur, et habeantur, quos de jure, et juxta consuetudinem loci cujuslibet usque ad hanc diem pro familiaribus, et officialibus habitos, et deputatos esse, et haberi, et deputari solitum est.

Reservations circa personas privilegiatas.

§. 10. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula salutare.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, ac ipsius S. R. E.

Decretum irritans.

cardinales etiam de latere legatos, eorundemque cardinalium congregationes, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus præmissis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatum, terrarum, oppidorum, locorum, statuum, ditionum, et ducatum huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque prædecessorum Nostrorum literis, privilegiis, indultis, et facultatibus quibusvis etiam dictis cardinalibus, eorumque congregationibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu proprio, et ex certa scientia, et potestatis plenitudine in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio præmittenda, ut lex suum sortitur effectum: et fides habenda transcriptis.

§. 13. Volumus autem quod lapsis quindecim diebus postquam præsentis literæ per civitates, terras, oppida, et loca statuum, ditionum, et ducatum prædictorum publicatæ fuerint, omnes, et singulos in ditionibus, et locis huiusmodi existentes perinde arceant ac si unicuique eorum personaliter, ac no-

minatim inunctæ fuissent, utque eorundem præsentium literarum transcriptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo, septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIX.

Datum die 11
decemb. 1772.
Anno IV.

Christi fidelibus quamcumque ecclesiam fratris ordinis minorum Conventualium die xxx. martii, nempe in festo beatæ Angelæ a Fulginio, atque in festis sanctorum Rochi, et Seraphini a monte Granario, visitantibus plenaria indulgentia perpetuo conceditur, eisdemque fratribus, et chordigeris sancti Francisci fit facultas applicandi animabus fidelium defunctorum cunctas indulgentias ecclesiis huiusmodi generaliter elargitas, cum indulto quoad illarum visitationem pro legitime impeditis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In iis, per quæ Christi fidelium salus procuratur animarum pro Nostro pastoralis munere intendentes, cælestes indulgentiarum thesauros libenter erogamus, ut ipsi, spiritualibus huiusmodi donis allecti, ad pietatis, et religionis opera ferventius incumbant.

Proemium

§. 2. Supplicationibus itaque dilecti filii Nicolai Scandalibeni fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum procuratoris generalis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ejusdem ordinis tam erectis, quam in posterum erigendis, in sanctorum Seraphini a monte Granario, ac Rochi festis diebus, necnon die trigesima martii, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro christianorum principum con-

Concessio indulgentiarum cum designatione operum præstatorum pro illius consecutione.

cordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Omnibus vero, et singulis memorati ordinis fratribus, ac confraternitatibus sub titulo, seu denominatione funiculi ejusdem sancti Francisci, seu chordigerorum etiam nuncupatorum opera ministri generalis prædicti ordinis ubicumque usque modo institutarum, et posthac instituendarum confratrum, et consoriorum ab aliqua corporis infirmitate, vel alio legitimo impedimento detentis, ut absque ecclesiarum hujusmodi visitatione, hæc indulgentias lucrari possint, dummodo tamen reliqua injuncta opera adimpleverint, impertimur.

Impertitur facultas illam applicandi etiam per modum suffragii.

§. 3. Utque etiam juxta nuperam concessionem eis per literas in simili forma Brevis a Nobis factam, præinsertas, cæterasque omnes, et singulas indulgentias præfatis ecclesiis generaliter ad hæc usque diem impertitas, Christi fidelium animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, auctoritate apostolica tenore præsentium, de specialis dono gratiæ elargimur.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXX.

Dat. die 18.
decemb. 1772.
Anno IV.

Concessio indulgentiarum a Paulo pontifice V. facta eis, qui spiritualibus exercitiis incumbunt, extenditur ad fratres, et moniales ordinis Prædicatorum pœnitentias agentes in memoriam quadraginta dierum quibus Dominus Jesus Christus fuit in deserto.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi nuper fecit dilectus filius Joannes Thomas de Boxadors magister generalis ordinis fratrum Prædicatorum, quod in multis conventibus, et monasteriis dicti ordinis consuetum est, ut tam fratres, quam moniales eorundem conventuum, et monasteriorum quotannis in aliquod cubiculum sibi a superioribus assignatum secedant, ibi per quadraginta dies diversis exercitiis spiritualibus alternative, nempe orationibus, mortificationibus, corporis flagellationibus, seu disciplinis, et aliis, in memoriam quadraginta dierum, quibus Dominus Noster Jesus Christus in deserto fuit, magna cum devotione, et silentio vacant.

Præstantia operum piorum quæ exercentur a fratribus, et monialibus ordinis laudantur.

§. 2. Nos igitur devotionem hujusmodi cælestibus Ecclesiæ thesauris, quorum dispensatores a Domino constituti sumus, confovere volentes, ac supplicationibus ejusdem Joannis Thomæ magistri generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus, et singulis tam fratribus, quam monialibus dicti ordinis, qui per prædictos quadraginta dies piis hujusmodi exercitiis semel quotannis operam dederint, qua vice id egerint, easdem indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, quas fel. rec. Paulus pp. V. prædecessor Noster fratribus, et monialibus prædictis, aliorumque ordinum, quæ per decem dierum spatium spiritualibus exercitiis incumbunt, concessit, apostolica auctoritate tenore præsentium misericorditer indulgemus.

Concessio indulgentiæ.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte

Prohibetur quidquam pro concessione recipere, et fidem transum.

plis habendam esse præcipitur.

oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 18. decemb. 1772. Anno IV.

CCXXI.

Plenaria indulgetur remissio peccatorum, lucranda ab eis qui missionibus interfuerint, præstandis a fratribus ordinis Prædicatorum de licentia Ordinariorum, et superiorum.

Clemens PP. XIV.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem

Quid sit præstandum pro consequenda indulgentia declaratur.

§. 1. **C**ælestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libentes erogamus, cum ad religionis incrementum, et animarum salutem profuturos speramus. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli fratres ordinis Prædicatorum, de Ordinariorum, et superiorum licentia, in diversas christianæ reipublicæ provincias ad procurandam fidelium salutem mitti soleant; Nos eorum fratrum pietatem, omniumque, ad quos illi mittentur, devotionem confovere, atque augere cupientes; omnibus, et singulis fratribus prædictis, ac alijs utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos mittendi accesserint, Nostram, et apostolicam benedictionem per præsentibus impertimur; iisdemque vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui pro S. R. E. exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, ac hæresum extirpatione, pro ut unicuique suggeret devotio, ad Deum preces effuderint, plenariam, una vice tantum, tempore uniuscujusque missionis, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium, quoad Indias vero, ad quindecim annos tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Prohibetur sub poena nullitatis concessio- nis ne quid pro ea consequenda recipiatur.

CCXXII.

Dat. die 23. decemb. 1772. Anno IV.

Declaratio constitutionis Clementinæ circa modum implendi, et conservandi numerum consiliariorum civitatis Veliternæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **D**ecori simul et tranquillitati civitatum, quæ etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ sanctæ Sedis subditæ sunt, paternæ charitate consulere cupientes, in id pastoralis Nostri officii partes interponere non omittimus, sicuti omnibus mature perpensis in Domino conspiciamus expedire.

Proemium.

§. 2. Alias siquidem felicis recordationis Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro exposuerunt dilecti filii consilium, et priores, sive conservatores, et consilarii civitatis Nostræ, tunc suæ, Veliternensis, quod præscriptus numerus sexaginta consiliariorum propter tresdecim familias tunc novissime ex patriciis extinctas, aliasque ob defectum proles masculinæ, quam primum defecturas, haudquaquam suppleri poterat, quocirca ipsi supplices porrexerunt preces eidem Clementi prædecessori, ut numerus sexaginta consiliariorum ad quadraginta tantum consilarios redigeret; idem vero Clemens prædecessor de consilio venerabilis fratris Karoli Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Cavalchini nuncupati episcopi Ostiensis, et Veliternensis, ac sacri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegii decani, et ejusdem civitatis gubernatoris,

Consilarios civitatis Veliternæ ad numerum quadraginta redegit Clemens XIII.

dictæ civitatis Veliternæ consilium ex numero sexaginta consiliariorum tunc constitutum, ac præfinitum in posterum ad quadraginta tantum consiliarios sub certis modo, et forma tunc expressis redegit, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis in simili forma Brevis die secunda aprilis MDCCLXV. expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Orta dubitatio ne super interpretatione Clementium constitutionis illius declaratio imploratur.

§. 3. Nuper vero memorati conservatores, seu consilarii dictæ civitatis, quod cum orta dubitatio fuerit, an deficientibus consiliariis, qui filios, et successores post se relinquunt, seu deficientibus fratribus, ac inter se divisim viventibus, filii, et successores, ac respective fratres superstites in defunctorum locum succedant, et respective an absentes, sive Nostro, et apostolicæ Sedis servitio addictos præscriptum, et non adhuc reductum consiliariorum hujusmodi numerum valeant diminueri; hinc dicti exponentes ad omnes, et quascumque lites, ac controversias penitus eliminandas dubitationem hujusmodi per Nos tolli penitus, ac declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Declarat pontifex ut pro conservatione numeri consiliariorum filii parentibus defunctis, et fratres fratribus succedant, servata consuetudine loci.

§. 4. Nos igitur, qui omnem quietem paterno desideramus affectu, ac ipsius civitatis antiquo splendore, ac decori providere cupientes, ipsosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati per præsentem declaramus, ac volumus, quod in honore, et munere consiliariorum ad effectum implendi, et conservandi horum numerum in memoratis literis ejusdem Clementis prædecessoris præfinitum debeant filii in locum defunctorum patrum succedere; quodque in honore illo, ac munere, atque hujusmodi effectum, ex fratribus in communione viventibus, præmortuo uno, alius dabeat admitti, et subrogari; salva in reliquis, et firma manente consuetudine, et ordinatione, constitutione nuncupata Ludovisiana circa coadmissionem fratrum

extra communionem viventium; quodque præterea ad eum consiliariorum numerum implendum recenseri, aut computari non debeant absentes, tum scilicet, qui animum redeundi visi sunt abiecisse, translato veluti aliorum domicilio, tum quia addicti servitio principis, comperiantur continuo, vel pro majori anni parte recessisse, et abesse, quæ omnia semper observanda esse auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, atque præscribimus.

§. 5. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

Datum die 7.
januarii 1773.
Anno IV.

CCXXIII.

Exemptio monasterii sanctæ Lucie monialium ordinis Cisterciensis civitatis Cæsaraugustanæ a cura, et regimine monachorum dicti ordinis, et episcopo subjectio.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium;

§. 1. **Q**uieti, et tranquillitati prudentium virginum, quæ ad cœlestis agni nuptias vocatæ, spreto mundi illecebris, divini numinis obsequiis se manciparunt, paterna charitate consulere cupientes, sublimium principum votis libenter annuimus, ac pastoralis officii partes in id interponere non præmittimus, sicuti expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda segregatione monasterii a gubernio monachorum Cisterciensium

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod dudum clar. mem. Petrus secundus, dum vixit, Aragoniæ rex monasterium monialium ordinis Cisterciensis in loco Iguzar vulgo nuncupato in montibus Pyrenæis fundavit, et erexit, eique dotem constituit, quodque postea monasterium hujusmodi ad desertum, quem vocant de Cambron sub invocatione sanctæ Mariæ, deinde ad civitatem Cæsaraugustanam, ac locum, in quo nunc extat, sub titulo sanctæ Lucie translatum fuit. Super itaque ejusdem monasterii regimine, ac gubernio duobus ab hinc, et ultra sæculis tot, tantæque ortæ fuerunt quæstiones, et controversiæ inter ejusdem ordinis Cisterciensis superiores, ut felicis recordationis Pius pp. IV. prædecessor Noster monasterium prædictum a gubernio, et jurisdictione monachorum ipsius ordinis Cisterciensis liberum, exemptumque declaraverit, illiusque curam, regimen, et gubernium bo. me. Ferdinando archiepiscopo Cæsaraugustano ad sui vitam commiserit, et demandaverit, ac alias prout in ipsius Pii prædecessoris in simili forma Brevis die 30. junii 1565. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quæstiones hujusmodi, et controversiæ super gubernio, ac regimine dicti monasterii non solum post obitum memorati Ferdinandi archiepiscopi ex-

tinctæ minime fuerint, sed nunc quoque inter monachos ipsius ordinis perdurent, ac vigeant, ita ut quis revera sit ejusdem monasterii superior plane ignoretur, indeque pax, et mutua charitas inter moniales ipsas propter partitura studia, et dissensiones magnum detrimentum patiantur, non sine regularis observantiæ præjudicio. Qua de re idem Karolus rex pro sua eximia, ac sane singulari pietate, ut quies, pax, atque concordia inter moniales prædictas inducatur, ac perpetuo conservetur, et augeatur, dictum monasterium a superioritate, gubernio, et regimine monachorum ordinis Cisterciensis eximi, et liberari, illiusque curam, regimen, ac jurisdictionem in eo nunc, et pro tempore existenti archiepiscopo Cæsaraugustano per Nos concedi plurimum desiderat.

§. 3. Nos igitur piis, ac laudabilibus ipsius Karoli regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ejusque pietatem, ac zelum in procuranda quiete, ac tranquillitate inter dictas moniales, ut ipsæ Deo ferventius inservire valeant, plurimum commendantes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, monasterium prædictum monialium ordinis Cisterciensis sanctæ Lucie civitatis Cæsaraugustanæ a quacunque cura, gubernio, regimine, et administratione, superioritate, et jurisdictione monachorum ejusdem ordinis Cisterciensis, illiusque superiorum auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo, ac omnino eximimus, et liberamus, dictumque monasterium, ejusque moniales visitationi, correctioni, gubernio, regimini, et jurisdictioni venerabilis fratris nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Cæsaraugustani auctoritate, ac tenore similibus perpetuo pariter supponimus, atque subjicimus, ac pro supposito, et subjecto haberi volumus, et mandamus.

Præcipitur liberatio ipsius monasterii, quod subicitur visitationi, et gubernio archiepiscopi Cæsaraugustani.

§. 4. Præterea, ut quæcumque in posterum litium, et controversiarum origo etiam quoad temporalem administrationem bonorum dicti monasterii quomodolibet penes fratres, seu monachos dicti ordinis, seu alias personas antea existentem penitus deficiat, eandem administrationem in posterum ab ecclesiastico viro prudentia, pietate, integritate prestante, et ab ipso Karolo rege, suisque in Hispaniarum regnis successoribus eligendo, et nominando exercendam esse statuimus, atque præcipimus.

Consultitur temporali administrationi bonorum retinenda a seculari viro a rege seligendo, et deputando.

Clausula salu-
taria.

§. 5. Decernentes easdem præsen-
tes literas firmas, validas, et efficaces
existere, et fore, suosque plenarios, et
integros effectus sortiri, et obtinere, ac
illis, ad quos spectat, et pro tempore
quandocumque spectabit in omnibus,
et per omnia plenissime suffragari, et
ab eis respective inviolabiliter observari.

Aliter judican-
di cuilibet adi-
mitur facultas.

§. 6. Sicque in præmissis per quos-
cumque iudices ordinarios, et delega-
tos etiam causarum palatii apostolici
auditores judicari, et definiri debere,
ac irritum, et inane, si secus super
his a quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in
contrarium fa-
cientibus dero-
gatur.

§. 7. Non obstantibus constitutioni-
bus, et ordinationibus apostolicis, nec
non ordinis, et monasterii hujusmodi
etiam juramento, confirmatione aposto-
lica, vel quavis firmitate alia roborata
statutis, et consuetudinibus; privi-
legiis quoque indultis, et literis aposto-
licis superioribus, et personis sub qui-
buscumque tenoribus, et formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriis de-
rogatoriis, aliisque efficacioribus effica-
cissimis, ac insolitis clausulis, irritan-
tibusque, et aliis decretis in genere,
vel in specie, ac aliis in contrarium
quomodolibet concessis, approbatis, et
innovatis. Quibus omnibus et singulis
illorum tenores præsentibus pro plene,
et sufficienter expressis, ac de verbo
ad verbum insertis habentes, illis alias
in suo robore permansuris, ad præmis-
sorum effectum, hac vice dumtaxat,
specialiter, et expresse derogamus, cæ-
terisque contrariis quibuscumque. Da-
tum Romæ apud sanctam Mariam ma-
jorem sub annulo piscatoris die septi-
ma januarii millesimo septingentesimo
septuagesimo tertio, pontificatus Nostri
anno quarto.

CCXXIV.

Datum die 8.
januarii. 1773.
Anno IV.

Confirmatio literarum secretariæ status,
ac sententiæ latæ a cardinali legato
Ferrariensi super augmento tertiæ
partis gabellæ transitus subjiciuntur
in favorem communitatis terræ Cotti-
gnolæ Ferrariensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Resolutio con-
siliaris qua con-
suetudinibus

§. 1. Exponi Nobis nuper fece-
runt dilecti filii communitas, et homi-

nes terræ Nostræ Cottignolæ Ferrarien-
sis, seu alterius diocesis, quod cum
propter ingentem æris alieni quantita-
tem, dicta communitas summa pre-
meretur angustia, hinc in publico con-
silio habito die 18. julii 1765. unani-
miter resolutum fuit, ut in tertia parte
augendum esset datum *del transito* vul-
go nuncupatum, illudque, accedente
ad id hujus sanctæ Sedis assensu, et
facultate, ab omnibus tam laicis, quam
ecclesiasticis, et quocumque privilegio,
et titulo quoque oneroso suffultis, per-
solvī omnino deberet, ac alias prout in
eadem consiliari resolutione, cujus te-
norem præsentibus pro plene, et suffi-
cienter expresso, ac de verbo ad ver-
bum inserto haberi volumus uberius
continetur.

omnibus pro-
batum fuit au-
gmentum ga-
bellæ.

§. 2. Illius itaque confirmationem
dicti exponentes postmodum petierunt
a felicis recordationis Clemente pp. XIII.
predecessore Nostro, qui probe noscens
nullum alium modum inveniri, aut ex-
cogitari posse, quo dicta communitas
a gravissimis ejus angustiis levamen as-
sequeretur, resolutionem prædictam ap-
probavit, ac per literas secretariæ status
die 25. decembris 1765. conscriptas cla-
me. Marcello, dum vixit Sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ cardinali Crescentio nun-
cupato tunc temporis in civitate, et du-
catu Nostro Ferrariensi apostolicæ Se-
dis de latere legato, ejusdemque civi-
tatis archiepiscopo jussit, ac voluit, ut
juxta resolutionem dicti consilii pro ter-
tia parte ad ejus, suorumque succes-
sorū romanorum pontificum beneplaci-
tum augendum esset eo modo, quo
alias auctum fuerat datum, seu gabella
transitus hujusmodi, cui subjectæ esse
deberent non solum personæ ecclesia-
sticæ, et privilegiatæ cujuscumque ge-
neris, sed omnes etiam res extræ,
quæ in territorium dictæ terræ intro-
ductæ essent, ac post aliquod tempo-
ris spatium ab eo extraherentur, et
prout in eisdem literis, quarum pari-
ter tenorem præsentibus pro plene, et
sufficienter expresso, ac de verbo ad
verbum inserto haberi volumus, ube-
rius continetur.

Clemens XIII.
consiliarem re-
solutionem
confirmavit.

§. 3. Vigore igitur hujusmodi lite-
rarum idem Marcellus cardinalis lega-
tus, et archiepiscopus die 8. februa-
rii 1766. suam edidit sententiam, qua
concessit dictæ communitati apostoli-
cum beneplacitum, et licentiam au-
gendi unam ex tribus partibus, seu pro
tertio pluris gabellam, sive datum alias
quoque impositum super transitu om-
nium mercium cujuscumque generis,

A cardinali le-
gato statuta
deinde fuit
taxatio gabel-
læ.

et speciei, quæ in terra Cottignolæ, ejusque territorio introductæ fuissent a quibuscumque personis tam civibus, quam extraneis, tam sæcularibus, quam ecclesiasticis cujuscumque generis, gradus, et conditionis etiam privilegiatis, ac privilegiatissimis ex titulo quoque oneroso, nec non gabellam, seu datium transitus ejusmodi una cum prædicto augmento tertii pluris exigi mandavit in posterum per illud temporis spatium, quod eidem Marcello cardinali, et legato, suisque in legatione hujusmodi successoribus bene visum fuisset juxta taxationem, seu tariffa vulgo nuncupatam, relatam in prædicta sententia, cujus quoque tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Contentiones subortæ super gabellæ exactione, et super exemptionibus a nonnullis reclamatis.

§. 4. Verum tot promotæ deinde fuerunt lites, et controversiæ super solutione sic aucti datii, seu gabellæ transitus prædicti, ut eadem communitas potius quam ab illius exactione sibi necessarium auxilium assequi valuisset, litium, et controversiarum hujusmodi expensas non modicas subire coacta fuerit. Nonnulli siquidem contendebant eandem gabellam, seu datium utpote in ipsius communitatis utilitatem cessurum camerale minime esse, neque idcirco ab ipsis persolvendum; illius præterea solutionem denegabant alii, qui speciali aliquo privilegio, ut asseriebant, suffulti erant, ex quo in literis prædictis secretariæ status distincte, ac singulatim comprehensi minime reperiebantur; ope rursus antiquarum conventionum cives terræ Lugæ dictum datium persolvere abnebant; ac demum nonnulli ex incolis ejusdem terræ Cottignolæ freti dispositione patrii statuti in rubrica, seu capitulo de foro libero Cottignolæ contendebant, nequaquam gabellam hanc debitam esse pro rebus exteris in ipsorum terram, seu territorium alias invecitis, quæ post alicujus temporis lapsum mercimonii causa inde extraherentur.

Dissidia componit pontifex, et litibus finem imponit.

§. 5. In hoc itaque rerum statu, Nos paterna, qua omnes etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ Sedi subditos complectimur charitate, eorumdem exponentium necessitatibus consulere cupientes, atque ipsius communitatis statum œconomicum pluribus ab hinc annis in extremum discrimen ita adductum, ut onus æris alieni, et diurnarum expensarum ferre minime valeat, pietatis, ac misericordiæ oculis prospicientes, dictosque expo-

nentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et ipsorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis informatione, et voto dilecti filii Nostri Scipionis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Borghesii nuncupati in civitate, et ducatu prædictis Nostri, et apostolicæ Sedis de latere legati, omnia, et singula a memorato Clemente predecessore injuncta, et demandata in eisdem literis secretariæ status ad dictum Marcellum cardinalem legatum, et archiepiscopum, ut præfertur, scriptis, simulque totum id, quod postea idem Marcellus cardinalis legatus, et archiepiscopus relative ad illas, ac in earum executionem sua sententiâ, ut præmittitur, lata die 8. februarii 1766. quoad augmentum tertiæ partis gabellæ, seu datii transitus hujusmodi duraturum ad Nostrum, et romanorum pontificum successorum Nostrorum beneplacitum statuit, præscripsit, et ordinavit, auctoritate nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque omnibus, et singulis inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Præterea omnes, et quascumque lites, et causas super præmissis inter dictam communitatem, et quascumque sive ecclesiasticas sæculares, sive cujusvis ordinis, et instituti regularis quovis privilegio suffultas personas, sive cives, et habitatores terræ Lugæ, sive incolas ejusdem terræ Cottignolæ coram quibuslibet iudicibus, et tribunalibus motas, ac pendentes, et quocumque modo jam excitatas, seu in posterum excitandas, quarum omnium statum, merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates iudicum, et colligantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, specificatis, et insertis haberi volumus, in statu, et terminis, in quibus de præsentibus reperiuntur, ad Nos harum serie, cum suis emergentibus, annexis, et connexis, avocamus, illasque sic avocatas auctoritate, et tenore prædictis omnino, ac perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium desuper imponimus.

A solutione gabellæ pro tempore præterito eximit omnes qui judicialiter egerant pro observantia privilegiorum.

§. 6. Verum quia ab iis, qui ope prætorum privilegiorum, seu exemptionum lites, et controversias prædictas moverunt, ac excitaverunt, vel in illis quoquo modo comprehensi fuerunt, id totum bona fide gestum fuisse, pro Nostra benignitate, et clementia supponimus, atque putamus; præterea pari auctoritate, et tenore volumus, et injungimus, ut omnes prædicti a solutionibus gabellæ, seu datii, ejusque augmenti hujusmodi in controversiam adductis, et debitis usque ad hanc diem, et datam præsentium Nostrarum litterarum absoluti omnino, ac liberi censeantur, et habeantur, prout quoque liberos, et absolutos declaramus quoscunque omnes ex prædictis collitigantibus, et privilegia, seu exemptiones hujusmodi asserentibus, qui obligationem solvendi in fine litis emisissent; imo etiam cuicumque ex eis, qui forsitan pecunias deposuerunt, ad hoc, ut illæ consignandæ essent parti, quæ in causis, et controversiis prædictis victrix evasisset, easdem pecunias ipsis deponentibus restituendas esse præcipimus, atque mandamus.

Pro tempore futuro omnia privilegia revocantur, et solutioni gabellæ universi subjiiciuntur.

§. 7. Id tamen pro eo, quod respicit præteritum tempus constitutum esse intelligimus: quandoquidem ab eadem data præsentium Nostrarum litterarum in posterum ad solutionem prædictæ gabellæ, seu datii, ejusque augmenti una simul cum quibuscunque asserto quolibet privilegio, seu quacunque exemptione suffultis, omnes indistincte quavis dignitate etiam ecclesiastica, et cardinalatus quoque honore fulgentes, ac milites hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti personas regulares, etiam undecim congregationum, et societatis quoque Jesu, nec non obtinentes literas patentes nuncupatas à congregatione venerabilium fratrum Nostrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota christiana republica adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, atque cubicularios secretos, et familiares, ac continuos commensales Nostros, et romanæ Pontificis pro tempore viventis, atque cameræ apostolicæ præsidentes clericos, aliaque quæcumque loca pia, et quascunque personas, pro quarum comprehensione, individua, speciali, ac specialissima mentione opus esset, indistincte obligatas, seu obligatos omnino esse, auctoritate, et tenore prædictis declaramus, atque statuimus, privilegiaque, et indulta, quæ in contra-

rium quomodolibet adduci possent, quæque sive titulo etiam oneroso concessa, sive ex conventionibus competentia et a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris quocumque modo, ac amplissime etiam confirmata sint, minime obstare decernimus, atque sancimus.

§. 8. Æque pariter omnes homines, et habitatores dictæ terræ Cottignolæ pro omni, ac quocumque genere rerum exterarum, quæ semel introductæ post aliquod temporis spatium in mercimonii causam inde extrahantur, non obstante statuto ejusdem terræ, sive in rubrica de foro libero Cottignolæ, sive in alia ejusdem statuti parte, ad solutionem dicti datii, seu gabellæ, ejusque augmenti obligatos itidem esse statuimus, atque præscribimus.

§. 9. Volumus autem, ut firma, ac in suo robore, et omnimoda executione permaneat conventio dudum, nempe anno 1450. inita; quocirca a solutione ejusdem gabellæ, seu datii, illiusque augmenti tam communitatem, et homines, ac habitatores terræ Lugii, ejusque territorii unum corpus, et unam, eandemque communitatem constituentes, quam eos, qui cum suis mercibus se conferunt ad mercatum ejusdem terræ, transeundo per oppidam Barbiani, sive per quamcumque aliam viam territorii Barbiani, exemptos, et immunes tantummodo declaramus, et pro exemptis, atque immunibus haberi volumus, et mandamus.

§. 10. Decernentes easdem præsentibus, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque ad ea vocati, et auditi, seu causæ propter quas illæ emanarunt, adductæ, verificatæ, seu justificatæ fuerint, aut ex alia quacunque causa, colore, et prætextu, de subreptionis, vel obrèptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 11. Sicque, et non alias per quoscunque iudices ordinarios, et delega-

Extenditur a-nus solvendi gabellam pro omni genere rerum exterarum, quæ mercimonii causa extrahantur.

Confirmatur conventio anni 1450. inita super solutione ejusdem gabellæ.

Clausulæ salutare pro plena constitutione executione.

Clausula subla-ta, et decretum irritans.

tos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et quosvis earumdem Sedis, et cameræ officiales, ac ministros judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus prædictarum litium pendentia, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non terrarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, harum serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anno piscatoris die octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXV.

Datum die 8.
januar. 1773.
Anno IV.

Reductio numeri consiliariorum terræ Corinalli Senogalliensis diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **Q**uieti, tranquillitati, ac simul decori civitatum, oppidorum omnium, quæ etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ Sedi subdita sunt, pro commisso divinitus humilitati No-

stræ summæ procurationis officio, paterna charitate consulere cupientes, ea omnia, quæ ad pacem ipsam, ac tranquillitatem fovendam, firmandam, augendamque opportuna esse dignoscimus, statuere, et ordinare non prætermittimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino expedire salubriter arbitramur.

§. 2. Sane consiliariorum numerus in terra Nostra Corinalli Senogalliensis diœcesis, prout Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni illius consilarii, uniformans, et constans perpetuo minime fuit, sed juxta temporum, et rerum vicissitudines, diversas quoque subiit variationes, seu mutationes ita ut aliquando minor, quandoque etiam major extiterit.

§. 3. Antiquitus enim, cum quadraginta, et octo numerarentur ibidem consilarii, hinc ad vitanda scandala, et confusiones, quæ propter multitudinem consiliariorum hujusmodi sæpe contingere solebant, ex bono pacis, ac tranquillo, et pacifico statu assequendo, in publico consilio præscriptum fuit, ut ad viginti quatuor tantum esset redigendus, quam quidem resolutionem, seu ordinationem primum tunc existens vice-legatus provinciæ Anconitanæ confirmavit, ac deinde etiam felicis recordationis Clemens papa VII. prædecessor Noster per suas sub plumbo anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vicesimo sexto, quarto decimo kalendas februarii expeditas literas approbavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

§. 4. Deinde tamen aucto eorumdem consiliariorum numero, piæ quoque memoriæ Sixtus pp. V. itidem prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 3. octobris 1585. expeditas literas præscripserit, ut septuaginta duo tantum ipsi esse deberent, neque augeri possent, ac alias prout in ejusdem memorati Sixti prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

§. 5. Verum quia a statuto ejusdem terræ in rubrica, seu capitulo = *de consilio faciendò* = sancitum, et ordinatum fuerat, ut sexaginta dumtaxat homines consilium generale constituerent, hinc postmodum idem Sixtus

Expositio præcum.

Cum antiquitus quadraginta octo numerarentur consilarii, eos cohibuit Clemens VII. ad numerum vigintiquatuor.

Iterum eos ampliat Sixtus V. ad septuaginta duos.

Mox vero sexaginta tantum admisit ad firmam statuti.

prædecessor per alias suas in pari forma Brevis die 7. aprilis 1590. expeditas literas, non solum omnia, et singula statuta ab hominibus dictæ terræ, eorumque majoribus facta, nec non constitutiones, ordinationes, privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, concessionem, et decreta per romanos pontifices, et Sedem apostolicam usque tunc quomolibet concessa, quatenus essent in usu, nec contra ecclesiasticam libertatem tenderent, confirmavit, et approbavit, sed etiam voluit, et iussit, ut juxta formam ordinationum circa buxolum publicæ quietis studio factarum electio consalonerii, et priorum, sicut tunc usque consueverat, de cætero fieret, nec quidquam contra ordinationes, consuetudines, et statuta prædicta innovaretur, et alias prout in secundodictis ipsius Sixti prædecessoris literis, quarum pariter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur quoque contineri.

§. 6. Quoniam autem successu temporum quam plures consiliariorum hujusmodi familiæ defecerant, hac de re in consilio habito die secunda decembris 1751, uno tantum discrepante suffragio, resolutum fuit, ut numerus sexaginta consiliariorum ad quadraginta octo tantum esset cohibendus, porrectisque desuper precibus congregationi venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status nostri ecclesiastici præpositorum, eadem congregatio die xxii decembris 1751 per epistolas scriptas tunc existentis gubernatori provinciæ Marchiæ resolutionem a dicto consilio captam confirmavit, et approbavit. Super modo tamen, quo hujusmodi numerus tunc minuendus ita esset variæ, ac inter se diffformes insurrexerunt eorumdem consiliariorum opiniones; plures enim ex eis putabant, quod non statim, sed expectata deficientia subinde familiarum, quæ locum in consilio obtinebant, quæque successione caruissent, resolutio prædicta sibi locum vindicare deberet; alii e contra cupiebant, eandem resolutionem illico executioni demandare, pluresque idcirco quærelæ, seu recursus expositi fuerunt memoratæ eorumdem cardinalium congregationi, quæ die sexta decembris 1752 aliis suis literis dicto gubernatori mandavit, ut peragenda esset consiliariorum hujusmodi reductio, demptis primum

ab eorum iis consiliariis, qui plures ex una, eademque familia reperirentur, simulque viverent, ac quoties remotio eorum minime sufficeret, tum arbitrio ipsius gubernatoris reliquit, eam præscribere regulam, quæ sibi magis opportuna videretur pro remotione aliorum, qui numerum quadraginta, et octo consiliariorum excederent.

§. 7. Verum quia his omnibus minime recurrentes patres acquieverant, sed aliæ iterum quærelæ, ac recursus præfatæ congregationi eorumdem cardinalium proposuerunt, hæc postmodum, die nempe 29. septembris 1753 alias literas dedit memorato gubernatori directas, quibus revocata priori ejusdem congregationis resolutione, ut præfertur, edita die 23. decembris 1751 mandavit, ut ipse gubernator terminum sibi benevisum præscriberet dicto consilio, intra quem omnia loca vacantia usque ad numerum volitum a statuto replenda essent, ac alias prout in dictis tribus epistolis prædictis, quarum pariter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur. Sed qualiscumque esset tunc supplicantium, seu recurrentium opinio, denuo in consilio habito die xiv. aprilis 1756. uno pariter tantum discrepante suffragio, cæteri omnes censuerunt, quod eorum numerus ad quadraginta octo tantum esset cohibendus.

§. 8. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, aliæ quoque interea consiliariorum familiæ vel defecerunt, vel in dies absque successione remansuræ sint, tot vero aliæ pro constituendo numero sexaginta familiarum, quæ civilitatis, et possessionis bonorum stabilium requisitis qualitibus polleant, ita ut decor consilii, et recta publicarum rerum administratio inde sperari possit, modo non reperiuntur, hinc dicti exponentes, ut quies, et publica tranquillitas perpetuo constans, ac firma permaneat, confirmatis cæteroquin eorum statutis, ac privilegiis, et consuetudinibus, reductionem numeri eorumdem consiliariorum ad quadraginta octo tantum in casu extinctionis eorum familiarum, quæ in dies eventura sit, exequendam, et observandam per Nos decerni, et declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Novæ contentiones subartæ super numero servando et complemento locorum vacantium.

Impetrantur providentiæ, ut numerus quadraginta octo servetur continuo, etiam deficientibus nonnullis familiis.

Defectis nonnullis familiis numerus cohibetur iterum ad quadraginta octo, probante congregatione boni regiminis.

Numeri prædicti quantitatem semper servandam esse pontifex mandat.

§. 9. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latâ, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in posterum numerus consiliariorum dictæ terræ ad quadraginta octo tantum omnino sit cohibendus, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, decernimus, atque mandamus. Volumus autem, quod ejusdem numeri reductio, sic a nobis, ut præfertur, constituta, tum sibi locum vindicare debeat, quando nempe deficientibus familiis modo existentium consiliariorum, nemo ex iisdem familiis superstes reperitur, ita ut in locum deficientium familiarum alii ultra numerum quadraginta et octo consiliariorum hujusmodi minime admittendi sint, sed ejusdem numeri quantitatem, sic, ut præmittitur, decretam, atque statutam semper servandam in posterum esse auctoritate, et tenore prædictis sancimus, atque jubemus.

Confirmat cæteras statuti, aliarumque constitutionum ordinationes.

§. 10. Cæterum in reliquis ejusdem statuti dispositionibus, tam statuta ipsa, nec non ordinationes, privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, et concessionem, ac decreta per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, et Sedem apostolicam hactenus concessa communitati, seu universitati dictæ terræ, quatenus sint in usu, ac constitutionibus apostolicis, et concilii Tridentini decretis non adversentur, auctoritate, et tenore similibus approbamus, et confirmamus; atque ut consiliariorum hujusmodi admissio juxta stylum, et consuetudinem, et formam ordinationum circa buxulum, sicut huc usque consuevit, ita et in posterum, intra tamen numerum constitutum per præsentem, de cætero quoque fiat, pari auctoritate, et tenore injungimus, atque præscribimus.

Clausula salutare.

§. 11. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quacumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula subla

§. 12. Sicque in præmissis per quos-

cumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem die octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXVI.

Datum die 26
januar. 1773.
Anno IV.

Facultas generali ordinis ssmæ Trinitatis redemptionis captivorum augendi numerum prædicatorum generalium provincie Aragoniæ usque ad decem.

Dilecto filio moderno generali ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Christophori Sierra provincialis, ac modernorum defensorum provincie Aragoniæ ordinis fratrum ssmæ Trinitatis redemptionis captivorum expositum Nobis fuit, quod licet provincia hujusmodi amplissima sit, ac regna Aragoniæ, Valentie, insule Majoricæ, et principatum Cataloniæ complectatur,

Expositio præcun.

nihilominus a constitutionibus prædicatorum ordinis, et provinciæ auctoritate apostolica confirmatis, octo tantummodo constituti sunt gradus prædicatoris generalis in præmium eorum omnium, qui suos labores in munere lectoris, theologiæ moralis, spatio quatuor annorum impenderunt, ac per duodecim annos officium prædicatoris majoris ejusque conventus exercuerunt. Ex his itaque gradibus unus omnino debetur iis tantum, qui ab insula Majoricensi sunt, tres vero pertinent ad eos, qui in conventibus, seu domibus regni Valentiniæ nomen religioni, et ordini hujusmodi dederunt; reliqui demum quatuor æqualiter sunt assignati, duo nempe Aragonensibus, et duo iis, qui in conventibus principatus Cataluniæ professionem regularem emisissent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, attento tam exiguo numero graduum prædicatorum generalium hujusmodi, quam plures ordinis, et provinciæ prædicatorum professores, licet præditi omnibus iis qualitatibus, quæ juxta memoratas constitutiones ad id sunt requisitæ, atque idcirco inter jubilatos nuncupatos adnumerentur, nihilominus, aut sero nimis, aut nunquam ad gradum prædicatoris generalis perveniunt. Hinc dicti exponentes numerum eorundem prædicatorum generalium usque adhuc ad octo tantum cohibitum per Nos ad decem extendi, et ampliari, atque ex illis unum conventui Majoricensi, reliquos vero novem æqualiter regnis Aragoniæ, Valentiniæ, et principatui Cataluniæ, tres videlicet unicuique ex eis assignare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione, seu voto dilecti filii Nostri Joannis Constantii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Caracciolo nuncupati, ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, qui dilectum filium modernum ipsius ordinis procuratorem generalem audivit, tibi, ut gradum seu numerum

prædicatorum generalium dictæ provinciæ ad octo dumtaxat usque modo cohibitum, in posterum ad decem auctoritate Nostra apostolica perpetuo extendendi, et ampliandi.

§. 3. Utque ex eis unum Majoricensi conventui, tres vero unicuique ex regnis Aragoniæ, et Valentiniæ, ac respective principatui Cataluniæ dicta auctoritate assignandi, et constituendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus et impertimur. Volumus autem, quod pro hac prima vice tantum duo prædicatores generales, qui ad complendum decennalem numerum, ut supra, præscriptum, eligendi sunt, a te ex jubilatis prædicatoribus eligantur, utque unus ex regno Aragoniæ, alter ex principatu Cataluniæ assumatur, deinde vero in omnibus successive evenientibus vacationibus eorum electionem, et nominationem ad provincialem, et definitores provinciæ hujusmodi pro tempore existentes perpetuo spectare, et pertinere statuimus, et declaramus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Assignatio locorum pro singulis prædicatoribus.

Derogatio contrariorum.

Potestas augendi numerum prædicatorum usque ad decem.

CCXXVII.

Dat. die 10.
februar. 1773.
Anno IV.

Facultas promovendi ad gradum decanorum extra numerum eos, qui munus magistri novitiorum, parochorum et monialium confessarii exercuerunt pro congregatione Cassinensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum parochorum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus præsidentis generalis congregationis Cassinensis monachorum ordinis sancti Benedicti, quod cum in constitutionibus congregationis, et ordinis hujusmodi apostolica auctoritate confirmatis ad alliciendos illius professores ad literarum studia in declaratione cap. xxi. regulæ num. xi. præscriptum sit, ut ii, qui per triennium, vel lectoris munere laudabiliter functi fuerunt, vel verbum Dei quadragesimæ tempore in præcipuis civitatum ecclesijs prædicarunt, promoveri possent ad decanatum supranumerarium posteaquam decimum sextum annum in congregatione compleverint, modo probitate morum, et aliis requisitis præditi sint; e contra vero ab iisdem constitutionibus nulla tribuatur merces illis, qui laboriosa munera parochorum, magistri novitiorum, et confessariorum monialium sustinuerunt; ita ut admodum difficile reddatur invenire monachos doctrina, atque prudentia præstantes, qui tria prædicta munera velint, ac valeant exercere.

Resolutio generalis capituli.

§. 2. Qua de re his omnibus pensis in capitulo generali dictæ congregationis habito Perusii anno 1766. vocales in eo congregati censuerunt, ut ad alliciendos monachos ad prædicta quoque officia exercenda, facultas illos promovendi ad decanatum supranumerarium ab apostolica hac sancta Sede peti deberet, ideoque eam dictus exponens per Nos concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratia cum præfatione munerum præstandorum pro illius consecutione.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum

fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Karoli S.R.E. presbyteri cardinalis Rezzonico nuncupati ordinis, et congregationis hujusmodi apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectoris, ut in posterum nunc, et pro tempore existentes monachi ejusdem congregationis, et ordinis, qui vel per triennium laudabiliter in munere magistri novitiorum se gesserint, vel per sexennium officium parochi, seu confessarii monialium recte, et laudabiliter itidem exercuerint, tempusque a constitutionibus prædictis definitum compleverint, tam in majoribus, quam in minoribus comitiis ad decanatum extra numerum promoveri libere, ac licite possint, et valeant, facultatem auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Volumus autem, ut ii, qui sic promovendi sunt, præter juratum testimonium prælati, qui pro tempore præerit monasterio professionis ejusdem promovendi, nec non illius, vel illorum, in cujus, vel quorum monasterio munera præfata sustinuerunt, habeant etiam de vitæ integritate, ac de prudentia, et diligentia in exercendo munere proprio peculiarem subscriptam attestationem præsidis, et duorum visitorum illius provincie, in qua commorantur, aliter facta electio nulla censatur.

Quibus polle-
re requisitis
teneantur, qui
sunt promove-
di.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective invariabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam de-

Derogatio con-
trariorum.

rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima februarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXVIII.

Facultas episcopo Leodiensi supprimendi quæcumque hospitalia civitatis, et diœcesis Leodiensis, illaque uniendi hospitali generali erigendo ec.

Venerabili fratri episcopo Leodiensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecisti, quod cum laudabiles leges, atque ordinationes a decessoribus episcopis Leodiensibus diversis temporibus apte, ac prudenter editæ ad coercendam impudentiam eorum, qui sub paupertatis furore vagantes a circum-existentibus regionibus ad istam diœcesim, et principatum Leodiensem confluebant, optato effectu caruissent, inde evenerat, quod illorum maxima multitudo, absque lege, et sine recta vivendi ratione, suam sedem cum gravi orthodoxæ fidei præjudicio ibidem posuerat, itaut cum scandalo inducta fuerit perniciose sane mendicitatis species, ex qua in posteros fore successionis titulo otium, aliaque vitia procedunt. Pastoralis autem tua sollicitudine præ oculis habens zelum gloriæ Dei, ac bonum Christifidelium omnium tuæ curæ commissorum, rebus cunctis serio pensans, non aliud sane tot malis inde obvientibus remedium adhibere posse putes, quam magnum hospitale erigere, in quo sub sedula directione virorum prudentia, ac probita-

te præstantium tam orphanis, ac infantibus expositis, quam mentecaptis, ac viribus destituti, aliisque continuis infirmitatibus laborantes refugium, opemque obtineant, et ii, qui a recta vivendi ratione aberrarunt, eam denuo amplectantur, distinctisque viris a mulieribus, animadversa cujusque ætatis qualitate, ac diversitate, illi, qui bona fruuntur valetudine ad assequendam peritiam in artibus, quarum ope sibi victum comparare valeant, habiles reddantur, omnes vero in rudimentis fidei, atque christianæ pietatis regulis erudiantur, ac imbuantur.

§. 2. Magnum hoc opus, licet mente conceptum a tribus prædecessoribus episcopis Leodiensibus, minime tamen executioni commissum, pastorem quoque sollicitudinem tuam excitavit, quo circa serio perpendisti quæ, et qualia bona pro fundo operis hujusmodi, atque ejus conservationi sufficientia assignari possint. Cum itaque, sicut eadem expositio subjungebat, constituti proventus cujusdam lotteria vulgo nuncupati ad id satis esse minime videantur, ideoque salvis, ac integris manentibus piis foundationibus in quacumque parochia institutis ad curandos eos, qui temporalibus infirmitatibus detineantur, atque in auxilium pauperum mendicare erubescunt, omnia alia hospitalia cujuscumque generis, et speciei in civitate, et diœcesi Leodiensi existentia dicto magno hospitali, in quo piorum fundatorum, ac foundationum finis magis magisque suum consequatur effectum, unire, et incorporare, eique illorum respective bona, ac fundos applicare posse plurimum desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur te specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, ex peculiaribus causis animum Nostrum dignè moventibus, fraternitati tuæ om-

Probatum quoque electio facta bonorum applicandorum pro magni operis implemento.

Concessio omnium facultatum apostolicarum pro suppressione aliorum hospitalium minorum, erectione generalis cum incorporatione bonorum.

Datum die 12. februar. 1775. Anno IV.

Episcopi Leodiensis laudatur consilium erigendi hospitale pro orphanis, infantibus expositis, aliisque viris perpetua laborantibus infirmitate.

nes, et singulas facultates, necessarias, et opportunas, quibus prævia suppressione, hospitalia tam in civitate, quam in suburbiis, jurisdictione, statu, patria, ac diocesi Leodiensi, una cum omnibus ædificiis, capitalibus, et redditibus transferre, et respective unire, atque novo hospitali generali, ut supra, erigendo incorporare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Volumus autem, ut ægrotis temporaneis, atque accidentalibus infirmitatibus detentis modis omnibus prospectum sit, sive ope hospitalium, quæ in respectivis parochiis reperiuntur, vel ex aliis foundationibus ad hunc peculiarem effectum existentibus, vel alias prout rerum, et locorum necessitate, atque opportunitate, ad eorundem ægrotantium subsidium, et curationem expedire in Domino judicaveris.

Translatio onerum hospitalium suppressorum.

§. 4. Præterea, firmis, ac præservatis tam peculiaribus foundationibus supradictorum hospitalium penes respectivas parochias existentium, quam omnibus, et singulis dispositionibus, atque institutis pro pauperibus verecundis, ac denique præservatis aliis oneribus per prædicta hospitalia unienda adimplendis, secundum peculiare fundatorum, et respectivorum benefactorum dispositiones ad hospitalitatem minime pertinentes, cujusmodi sunt onera missarum, et anniversariorum, atque subsidiorum dotalium distributio, horum adimplementum omnino præservatum auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus; ita tamen, ut præsens suppressio, et respective unio effectum tantummodo sortiatur, cum prædicti hospitalis generalis erectio secuta fuerit.

Facultas eligendi, et subdelegandi commissarios.

§. 5. Atque ad præmissorum effectum eidem fraternitati tuæ facultatem quoque unum, seu plures, prout magis in Domino expedire judicaveris, commissarios subdelegandi, submota quacumque appellatione, præter quam in devolutivo tantum ad apostolicam hanc sanctam Sedem, ac salva semper pro hujusmodi effectum auctoritate memoratæ congregationis eorundem cardinalium, auctoritate, et tenore similibus tribuimus, et impertimur.

Clausulæ salutare.

§. 6. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffra-

gari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§. 8. Non obstantibus quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas ad præmissorum effectum expresse, ac sufficienter commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictorumque hospitalium statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima secunda februarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXIX.

Datum die 15 februarii 1773. Anno IV.

Collegium sancti Jacobi ordinis fratrum Prædicatorum civitatis Parisiensis subicitur immediatæ jurisdictioni ministri generalis ejusdem ordinis.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Arelatensi, et episcopo Meldensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cæteras inter sollicitudines, et pastorales officii curas, ad quod nullis nostris meritis, sed unius divinæ clementiæ largitate vocati fuimus, eam semper præcipuo Nobis loco habendam

Proemium.

existimavimus, qua sacros operarios, qui peculiari quadam ratione, arctissimisque vitæ regularis vinculis Deo mancipati in vineam Domini excolendam suos omnes conferunt labores, singulari prosequi tenemur affectu, propensa fovete voluntate, ac beneficentissimo fulcire patrocinio, ita ut quid quid accommodatum iis esse potest, vel ad pietatis, ac religionis studium, quo eos flagare oportet, conservandum, augendumque, vel ad regularis disciplinæ integritatem, si quid fortasse passa sit detrimenti cumulatissime restituendum, vel ad quaslibet propulsandas penitus difficultates, quæ impedimento sunt, quominus uberrimos illos procreare possint fructus, ac amplissimas utilitates, quas et universa christiana republica, et beata populorum salus ab iis maxime efflagitat, avidèque præstatur, ad id omne facili, libentique animo eis suppeditandum, effuseque largiendum prompti esse quovis tempore debeamus, atque parati.

Laudes ordinis fratrum Prædicatorum.

§. 2. Nos inter egregios in vinea Domini operarios, ex quorum assiduis laboribus maximum semper Christi Ecclesiæ decus accessit ornamentum, et præsidium, eos jure, ac merito recensemus, qui sancti Dominici vestigia sectantes, et regulas, inclytum, deque christiana republica optime meritum constituunt regularem ordinem fratrum Prædicatorum nuncupatum. Hinc muneris Nostri ratio, et vehementer optat, et modis omnibus expostulat, ut quibusvis ejus commodis, quantum in Domino possumus, sedulo prospiciamus, caveamusque diligentissime, ne quid in ullam ejus partem irrepit, ex quo splendor ille locuplentissimus pietatis, et doctrinæ, quo præclarus hic ordo hactenus ubique emicuit, aliquid vel minimum patiatur detrimentum.

Commendatur observantia regularum collegii s. Jacobi Parisiensi sita.

§. 3. Relatum porro Nobis fuit, collegium sancti Jacobi eorundem fratrum Prædicatorum Parisiensi situm, eo-que saluberrimo institutum consilio, ut ad illud, tamquam ad celeberrimam pietatis, et literarum arcem alumni ejusdem ordinis ex universis Galliarum provinciis accedentes, in assiduæ, et regularis disciplinæ, et sanioris doctrinæ exercitatione ita versentur, ut amplissimo inde decori afferendo universo ordini, et christianæ reipublicæ utilitati cumulandæ apti fiant, et idonei, a pristina non parum dignitate, ac celebritate nominis esse prolapsam, tum ob imminutam regularis instituti observantiam, cum ob rei domesticæ admini-

strationem non rite gestam, atque idcirco ne ad ultimum pene excidium redigatur, opportuno aliquo, efficaci-que remedio ei quam citissime esse consulendum.

§. 4. Expositum quoque Nobis fuit ex parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici francorum regis christianissimi aptius nullum, et accommodatius inveniri posse remedium ad idem collegium ab eo, in quo nunc versatur discrimine ad florentissimum suum pristinum statum revocandum, quam si sub immediata magistri generalis totius ordinis fratrum Prædicatorum jurisdictione, et cura constituatur, et apostolica præterea ejusdem collegii agatur visitatio, per quam pro malorum ibi vigentium varietate optimæ condantur leges perpetuo servandæ.

Expositio precum porrectarum a Ludovico francorum rege pro obtinenda reintegracione jurisdictionis magistri generalis.

§. 5. Quam ob rem et pastoralis officii Nostri debito, et ejusdem Ludovici regis precibus, et votis satisfacere cupientes, collegium prædictum civitatis Parisiensis, et ordinis fratrum Prædicatorum a cujusvis provincialis gubernio exemptum declarantes, omnimodæ subjectioni, et jurisdictioni nunc, et pro tempore existentis magistri generalis ejusdem ordinis auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo supponimus, atque subiicimus, itaut idem generalis ordinis magister ea ratione, qua domum pro recipiendis novitiis ipsa in Parisiensi urbe designatam sub sua habet immediata, ac plena potestate, et jurisdictione, æquissimisque eam moderetur legibus, quæ ad illius ornamentum, et splendorem mirum in modum conducunt, eadem quoque collegium prædictum libere, ac immediate gubernare, ac singula, quæ ad optimum illius regimen necessaria putaverit pro sua prudentia, ac religiosæ perfectionis studio disponere valeat, atque perficere.

Indulget Pontifex preces.

§. 6. Quoniam vero ad idem collegium in pristinum honoris, et dignitatis gradum restituendum, necessarium quoque nedum opportunum videtur, ut serio investigentur, ac detegantur collapsæ disciplinæ regularis causæ, et rei domesticæ non rite se habentis rationes, tum etiam diligentissime perpendantur, quæ potissimum leges aptæ magis esse possent iis gravissimis incommodis longe, ac perpetuo propulsandis, quæ eidem collegio tanto sunt detrimento, ac ruinæ, et quæ tum ejusdem christianissimi regis Ludovici eximiam pietatem, ac religionem, cum Nostrum excitantur animum ad novum hoc con-

Consulit quoque ut collapsæ disciplinæ causæ detegantur, et eliminentur.

silii genus de eo collegio suscipiendum: vobis idcirco venerabiles fratres, ut tamquam Nostri, et apostolicæ Sedis delegati, sacram instituatis ejusdem collegii visitationem, seduloque inquiratis tum in regularem disciplinam, cum in rei domesticæ administrationem, facultatem ad annum duraturam auctoritate apostolica tenore præsentium facimus, ac plenissime indulgemus.

Facit potestatem visitationi apostolico propria tantum vice eligendi officiales collegii.

§. 7. Et quia pro certo pariter habemus, eum ad finem, quem vehementer cupimus, celeriori, promptiorique ratione obtinendum, plurimum in primis conferre, si eligantur collegii officiales, qui præclaris non modo fulgeant virtutibus, suoque exemplo cæteris in regularis disciplinæ semita præire valeant; verum etiam qui collegii redditibus nimio numero graves non sint, ac noxii, facultatem propterea vobis pro hac prima vice tantum, collegii præsidem, artium magistros, regentes, conventuales, et officiales quocumque nomine nuncupatos, eligendi, et nominandi, eorundemque numerum collegii redditibus respondentem statuendi pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus.

Leges imposte officialibus eligendis super munere, et remotione eorum.

§. 8. Qui autem ad prædicta officia a vobis electi fuerint, per illud tantummodo temporis spatium tradito sibi fungi poterunt muovere, quod vel a generalibus ordinis, vel a peculiaribus ejusdem collegii constitutionibus statutum est, ac definitum. Huic vero temporis spatium initium fiet a sacræ visitationis, quam fidei vestræ committimus, fine, et a decretorum, quæ pro ejusdem collegii reformatione condenda putabitis, promulgatione. Id tamen impedimento vobis minime erit, quominus ab ipso etiam visitationis exordio, hos ipsos, vel alios, quos magis congruere arbitramini, officiales interim, seu per modum provisionis, ut ajunt, constituere valeatis.

Præcipitur ut novis legibus œconomicæ ad administrationi honorum firmissime consularur.

§. 9. Vestrum præterea erit, quæ optimum ejusdem collegii regimen, et œconomicam illius honorum administrationem respiciunt, firmissimo novarum legum præsidio constituere, ac definire, et singulos, qui irreperunt, pravos usus aptissimis remediis evellere, et futuris etiam temporibus, quoad fieri potest, impedire. Qua quidem in re confidimus, imo pro certo habemus, omnium vos operam collaturos esse, studium, et industriam, ut singula religioni vestræ, ac prudentiæ, quibus plurimum, et maxime valetis, et quarum virtutum plura, eaque egregia alias

prætulistis argumenta, apprime respondeant.

§. 10. Quascumque autem in ejusdem collegii bonum, et utilitatem sancientas putaveritis leges, eas omnes, antequam a vobis promulgentur, ad Nos deferri curabitis, ut non modo ex vestris deliberationibus, opportunisque reformationis decretis novum Nobis prudentiæ, ac sapientiæ vestræ satis jam cognitæ adsit testimonium, lætemurque vehementer, eos ad hujusmodi munus Nos delegisse viros, qui tanto cum fructu, tantaque cum sui nominis gloria illud absolverunt; sed etiam, ut auctoritati vestræ, Nostra quoque, et sanctæ hujus Sedis apostolicæ accedente potestatis plenitudine, et approbationis robore, utilius deinde, et efficacius promulgari a vobis eæ possint, et iis, ad quos pertinet, perpetuo, et inviolabiliter observanda proponi.

Reservatio ad probationis legum edendarum.

§. 11. Decernimus denique, atque jubemus præsentibus Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Consultur plenarie executioni editæ constitutionis.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla ta, et decretum irritans.

§. 13. Non obstantibus quibusvis apostolicis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit ejusdem ordinis fratrum Prædicatorum, vel prædicti collegii Parisiensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumta-

Derogatio omnium in contrarium facientium.

rat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 25.
februar. 1773.
Anno IV.

CCXXX.

Divisio custodiæ Gallo-Belgicæ, ordinis minimorum sancti Francisci Cappuccinorum ab altera Flandro-Belgica ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **V**ices illius gerentes in terris, qui ascensus ad coelum pacem suis discipulis reliquit, pacem, ac quietem inter eos præsertim, qui divinis obsequiis mancipati sunt, fovere, conservare, et augere paternæ charitatis affectu indesinenter adnitimur, ac piissimorum, sublimiumque principum id anhælantium votis, libenti animo annuimus, et apostolicæ auctoritatis Nostræ partes ad pacem, ac tranquillitatem hanc perpetuo firmandam interponere non præmittimus, sicuti in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio præcæm.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni minister provincialis, definitores et custodes provinciæ Insulensis nuncupatæ ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quod alias, nempe anno 1687 distincta provincia hujusmodi in duas custodias, quarum una Gallo Belgica, altera Flandro-Belgica respective nuncupatæ fuerunt, divisio isthæc fraternæ paci, et animorum tranquillitati grave intulit præjudicium, ita ut pluribus agitationibus provincia ipsa hucusque obnoxia reperiat. Præter enim idiomatum, et indolis inter utriusque custodiæ fratres maximam diversitatem; cum in electionibus capitularibus vocales unius minime dignoscere queant vocales alterius custodiæ seorsim ab ipsis viventes, inde plerumque evenire solet, ut ipsorum respective suffragia in eos, qui minus digni sint, non quidem consulto, sed ex sola tantum ignorantia conferantur: hisque accidit inæqualitas numeri conventuum utriusque custodiæ, quippe quia, licet in custo-

dia Gallo-Belgica undecim conventus reperiantur, et septem tantummodo in custodia Flandro-Belgica numerentur, nihilominus unaquæque ex eis definitores suæ nationis, et custodem pro capitulo generali, nec non jus ad provincialatum æqualiter habet. Quocirca optimo sane consilio in capitulo nationali fratrum dicti ordinis anno 1771. celebrato in civitate Parisiensi, præmissis omnibus serio perpensis, statutum fuit, ut in proximo capitulo dictæ provinciæ quæcumque rationes, et viæ, quibus, eliminatis cunctis conventionibus, pax, et optata tranquillitas firmiter, ac perpetuo statui posset, proponi deberent.

§. 3. Convocato igitur postmodum, die scilicet prima mensis septembris, 1772. capitulo provinciali prædicto, omnes in eo tunc existentes vocales unanimi voto putarunt, quod pro bono pacis, et observantia disciplinæ regularis, ac quiete consensuarum, necessaria sit omnimoda separatio custodiæ Gallo-Belgicæ a custodia Flandro-Belgica, et provincia Insulensis ex undecim conventibus adhuc constituta, nimirum Insulensi, Duacensi, Cameraensi, Valencensi, Malbodiensi, Condatensi, Orchiacensi, Armentaviensi, Mervillano, Aviensi, et Audomarensi, titulum, et prærogativam provinciæ retineat, atque juxta ejusdem ordinis constitutiones a provinciali, et quatuor definatoribus gubernetur. Custodia vero Flandro-Belgica septem habens conventus, Ipreensem scilicet, Dunkercanum, Furnensem, Bergensem, Burburganum, Belliolanum, et Menenensem immediate subjecta sit dilecto filio nunc, et pro tempore existenti ministro generali dicti ordinis, qui illam gubernabit per commissarium ibidem permanentem, et ab eo deputatum juxta commissionem ipsi dandam, in qua sane custodia quolibet triennio celebrandum sit capitulum custodiale, ac in eo a guardianis, et discretis dictæ custodiæ eligendi erunt duo definitores, qui cum commissario prædicto instituent guardianos, et omnia alia præstabunt, quæ competunt definatoribus provincialibus juxta ipsius ordinis constitutiones apostolica auctoritate confirmatas, usque ex illis eligi poterit, atque in officio hujusmodi continuare in sequenti capitulo.

Resolutio capituli provincialis, qua probata fuit justis de causis separatio custodiæ Gallo Belgicæ a cæteris custodiis, cum suis attributis, et prærogativis.

§. 4. Quoniam vero prædicta provincia Insulensis jam pluribus ab hinc annis misit unum tantum custodem ad capitulum generale dicti ordinis; et custodia Flandro-Belgica alterum, hinc

Alia resolutio super numero custodum mittendorum ad capitulum generale.

memorati vocales statuerunt, ut in capitulis provinciali, et respective custodiali ante capitulum generale hujusmodi immediate celebrandis, provincia Insulensis eligat unum tantum custodem de corpore dictæ provinciæ, qui una cum provinciali ibit ad memoratum capitulum generale, et dicta custodia Flandro-Belgica unum quoque de corpore dictæ custodiæ, in qua quidem electione pro tempore existens commissarius generalis vocem activam, et passivam habebit, quemadmodum alias, anno nempe 1662. statutum fuit a definitorio generali quoad provinciam Lotharingiæ, et custodiam Campaniæ in similibus circumstantiis cum decreto edito die 13. junii ejusdem anni, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiur dicitur contineri.

Preces portæ pro confirmatione decretorum.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmiter præmissa omnia a dictis vocalibus in memorato capitulo provinciali tanta æquitate, et in commune bonum, ac tranquillitatem utriusque partis unanimiter conventa, atque hinc inde admissa subsistant, et serventur exactius, apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri dicti exponentes plurimum cupiant, idque etiam pro eximia, et singulari sua pietate carissimus in Christo filius Noster Ludovicus francorum rex christianissimus enixe desideret.

Confirmatio separationis custodiæ cum suis declarationibus, legibus, et prerogativis.

§. 6. Nos piis, ac laudabilibus ejusdem Ludovici regis votis quantum cum Domino possumus, libenter annuere, dictosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus ipsorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, prædictam separationem custodiæ Gallo-Belgiæ ab altera custodia Flandro-Belgica fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum a memorato capitulo provinciali unanimiter volitam, conventam, atque statutam, et hinc inde admissam, cum omnibus, et singulis conditionibus, declarationibus, legibus, prærogativis, ac privilegiis superius expressis, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque in-

violabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnesque, ac singulos juris, et facti, ac solemnitatum defectus; si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 7. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula salutaris.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciæ, et custodiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta januarii millesimo septingentesimo, septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariorum.

Dat. d. e. 5.
martii 1795.
Anno IV.

CCXXXI.

Facultas episcopis Derthonensi et Aquensi provincie Mediolanensis deputandi vicarios generales, pro locis suarum diocesum in ditione reipublice Januensis existentibus,

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. **C**ircumspecta romani pontificis omnium Christifidelium patris, et pastoris providentia sicuti spiritualibus eorum utilitatibus jugi vigilantia consulere studet, ita et temporalibus illorum commodis paterna charitate providere satagit, prout vota præsertim catholicorum principum exposcunt, et in Domino conspicit expedire.

Expositio præcum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et gubernatorum reipublice Januensis Nobis expositum fuit, quod nonnulli venerabiles fratres episcopi, ac præsertim Derthonensis, et Aquensis provincie Mediolanensis partim habent suas dioceses in ditione Januensi, quamvis eorum cathedrales ecclesie, et civitates, in quibus cathedrales prædictæ reperiuntur, extra illam sita sint. Etsi vero nulla unquam orta fuerit controversia quoad jus visitandi, et exercendi quemcumque actum jurisdictionis in ea parte eorum diocesum in memorata ditione existente, et solum quoad modum, an scilicet ab eisdem episcopis retinendus esset nec ne in eadem parte vicarius foraneus juxta juris canonici regulas, vel potius deputandus esset vicarius generalis, quemadmodum commoditas subditorum postulare videbatur, ne subditi ipsi in re qualibet saltem relevanti propriam patriam relinquere, et pro agendis litibus ad tribunal ecclesiasticum coram episcopo, seu ejus vicario generali, qui plerumque morari solet, ubi episcopus degit, se transferre cogentur. Ut igitur suorum subditorum commoditati consultum sit, dicti nobiles viri dux, et gubernatores reipublice Januensis Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Facultas deputandi vicarios salvis juri-
bus episcoporum quoad e-

§. 3. Nos itaque eorum votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, salva semper,
Bull. Rom. Tom. IV.

et illæsa manente eorumdem episcoporum Derthonensis, et Aquensis provincie Mediolanensis auctoritate quoad visitationem, et exercitium cujusvis actus jurisdictionis spiritualis, et ecclesiasticæ in ea parte suarum diocesum in ditione prædicta existente; ut in posterum vicarium generalem eisdem nobilibus viris duci, et gubernatoribus reipublice Januensis minime suspectum, qui ipsorum episcoporum nomine, ac jurisdictione eidem vicario ab ipsis attributa tractare, definire, et judicare debeant omnes, et quascumque causas tam civiles, quam criminales respicientes personas illas, super quibus jus habent judicandi, deputare possint, et teneantur apostolica auctoritate statuimus, et ordinamus.

exercitium jurisdictionis.

§. 4. Volumus autem, quod dicti episcopi in deputatione vicarii generalis hujusmodi ab unoquoque eorum peragenda in dicta parte suarum diocesum in præfata ditione existente suo utique vicario generali præscribere debeant, ut ipse ad aliquem actum, qui consequentia sit, multoque minus ad ullam sententiam criminalem, absque eorum respective integra participatione, ac prævio ipsorum assensu præcedere minime possit, et valeat; in casu autem contraventionis pœnam excommunicationis majoris ipso facto a vicario hujusmodi, quatenus sacerdos minime sit, incurrendam, ac quoties sacerdos existat suspensionis a divinis pariter ipso facto incurrendam, præter revocationem ab officio, aliasque arbitrio infligendas pœnas, auctoritate, et tenore prædictis imponimus, sancimus, et mandamus.

Leges imponenda singulis vicariis in eorum electione, et poenæ quibus subijcere debent nisi obediant.

§. 5. Decernentes easdem præsentem literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausule salutare, et decretum irritans.

§. 6. Quocirca eisdem venerabilibus fratribus episcopis Derthonensi, et Aquensi nunc, et pro tempore respe-

Preceptum procedendi ad transitum præsentium literarum.

ctive existentibus in ditione prædicta jurisdictionem spirituales in terris, locis, castris, et oppidis intra limites diœcesum prædictarum consistentibus habentibus, ut ipsi, et unusquisque eorum per se ad omnimodam præsentium Nostrarum literarum executionem procedant, illasque, et in eis contenta quæcumque juxta earumdem præsentium tenorem, et continentiam observari curent, et faciant.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, quæ præsentibus literis adversentur, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 8. martii 1775. Anno IV.

CCXXXII.

Unio canonicatus, et præbendæ in metropolitana ecclesia Elborensi suffraganatu dictæ ecclesiæ etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In iis omnibus, quæ ecclesiasticarum dignitatum decus respiciunt, pro commissi Nobis divinitus summi apostolatus officio favorabiliter auctoritatis Nostræ partes interponimus, præsertim ubi sublimium principum vota id exposcant, ac in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Expositio præcurrem porrectarum a rege fidelissimo pro obtinenda unione canonicatus, ad majorem utilitatem mensæ archiepiscopalis, et suffraganei.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi nuper Nobis expositum fuit per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatorem militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem ministri plenipotentiarum, quod cum congrua episcopo suffraganeo pro tempore existenti metropolitanæ ecclesiæ Elborensis adhuc assignata super ejusdem metropolitanæ ecclesiæ fructibus non

tantum arbitraria fuerit, verum etiam dignitati episcopali, eo, quo par est honore sustinendæ impar, adeo dilectus filius Noster Joannes Cosma Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Cunha nuncupatus ex concessione, et dispensatione apostolica modernus ejusdem metropolitanæ ecclesiæ præsul existimaverit, quod in majus tam ipsius suffraganei, quam ejusdem mensæ archiepiscopalis commodum, atque utilitatem redundaret, si loco, ac vice congruæ super præfata archiepiscopali mensa adhuc reservatæ episcopo suffraganeo, ejusdem metropolitanæ suffraganatu integer canonicatus, ac præbenda prædictæ metropolitanæ ecclesiæ Elborensis uniretur, ac perpetuo applicaretur.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Josephi regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, dicto suffraganatu ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Elborensis pro congrua suffraganei pro tempore existentis primo vacaturum integrum canonicatum, et præbendam ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Elborensis, itant dictus suffraganeus ratione sui muneris nihil aliud percipere possit, ac valeat, quam præfatam integram præbendam canonicalem, ipsius Josephi regis ad hæc præsertim accedente consensu, auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium unimus, et applicamus.

Indulget Pontifex juxta preces, mandataque suffraganeum nil aliud recipere, quam integrum canonicatum.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores et Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibus

Derogatio contrariorum.

busque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ ecclesiæ Elborensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

nulla esset domus, in qua venerabilis frater Ignatius episcopus, illiusque in episcopatu hujusmodi successores habitare possint, nullique designati sint redditus pro sacra æde primaria aut reparanda, aut reædificanda, neque aliunde sperari, aut expectari possint pecuniæ, quibus instanti huic necessitati consultum sit, præter eas, quæ ex redditibus, et proventibus ecclesiarum dictæ diocesis jampridem vacantium subductæ modo depositæ reperiuntur, hinc idem Ignatius episcopus sibi facultatem erogandi in constructionem domus episcopalis habitationis, ac instabiliendam primariam sacram ædem, omnes pecunias ad vacantes ecclesias spectantes, et nunc depositas, ac quævis alia earundem ecclesiarum bona a vacationis tempore usque nunc reservata, de ipsius tamen Josephi regis consensu, et consilio a Nobis concedi plurimum desideret.

§. 3. Nos igitur piis eorundem Josephi regis votis annuere, ac eundem Ignatium episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore consentes, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, petitam facultatem erogandi omnes pecunias spectantes ad ecclesias dictæ diocesis vacantes, et modo in deposito existentes, nec non quævis alia earundem ecclesiarum bona a vacationis tempore usque nunc reservata in constructionem dictæ domus episcopalis, ac in primariam sacram ædem stabiliendam, de consensu tamen, et consilio ipsius Josephi regis, eidem Ignatio episcopo auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Facultas tributa erogandi in hanc causam omnes pecunias ad vacantes ecclesias spectantes.

Clausulæ salutaris, et decretum irritans.

Dat. die 8.
martii 1753.
Anno IV.

CCXXXIII.

Facultas episcopo Pœnafidelensi erogandi in construendam domum episcopalem, ac stabiliendam sacram primariam ædem redditus ecclesiarum vacantium.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. **N**ecessitatibus ecclesiarum omnium pro commissi Nobis divinitus pastoralis officii debito consulere cupientes, in id apostolicæ auctoritatis partes libenter interponimus, ac piis sublimium principum votis annuimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire arbitramur.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi expositum Nobis fuit per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatorem militiæ Domini Nostri Jesu Christi, ejusdemque Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministri plenipotentiarum, quod cum in tota diocesi Pœna fidelensi

Exponitur necessitas consulendi habitationi episcopi, et sacris ædibus primariis.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto,

Datum die 20.
martii 1773,
Anno IV.

CCXXXIV.

Confirmatio articulorum concordie inter archiepiscopum Russiæ, et episcopos Uladimiriensem, ac Brestensem initæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **E**a omnia, quæ ad pacem, concordiamque fovendam, firmandam, conservandamque inter Christifideles, et præsertim illos, qui episcopali dignitate insigniti suæ, ac aliarum animarum æternæ salutis consulere debent, provide, ac prudenter constituta, ac præscripta dignoscimus, libenti animo apostolicæ confirmationis robore communimus, prout omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire conspicimus.

De inita concordia lætatur Pontifex.

§. 2. Nuper sane, magna animi Nostri lætitia accepimus, quod opera, ac studio venerabilis fratris Josephi archiepiscopi Berytensis Nostri, et apostolicæ Sedis nuntii in regno Poloniæ, et magno ducatu Lituaniæ concordia inita fuerit inter venerabilem fratrem Felicianum Wolodkowicz totius Russiæ

metropolitanum, et simul quoque episcopum Uladimiriensem, ac Brestensem ex una, et venerabiles quoque fratres Leonem Szeptycki episcopum Leopoliensem, ac Antonium Strus Mtodowski episcopum Brestensem ejusdem metropolitani respective coadjutores cum futura successione apostolica auctoritate deputati, cujus quidem concordie articuli sunt tenoris, qui sequitur nempe

§. 3. 1.^o Excellentissimus, et reverendissimus dominus nuntius apostolicus promittit, se reintegraturum illustrissimum, et reverendissimum dominum metropolitanum in universa plenaria, et libera administratione tum spirituali utriusque dioceseos, tum honorum temporalium, ad earumdem mensas metropolitanam, et episcopalem respective competentium ad normam decreti sacre congregationis de Propaganda Fide editi die ii. aprilis anni MDCCLXX. nec non epistolæ secretariæ status sanctissimi domini Nostri Clementis pp. XIV. datæ die xxviii. augusti, ac demum decreti excellentissimi, ac reverendissimi domini Angeli Durini archiepiscopi Ancyrani tunc temporis nuntii apostolici in hoc regno expediti die xix. septembris ejusdem anni. Quæ reintegratio habebit effectum eo ipso, quo illustrissimus, et reverendissimus metropolitam officia, et obsequia sua exhibuerit serenissimo regi juxta mandata summi pontificis.

Ex tenore primi articuli concordie nuntius apostolicus, metropolitam reintegrat in plenaria administratione dioceseos tam in spiritualibus, quam in temporalibus.

§. 4. 2.^o Cum illustrissimum, et reverendissimum metropolitam penituerit complanationis dudum factæ inter ipsum, et eosdem suos coadjutores, die xvi. januarii anno MDCCLXVIII. prædicti coadjutores in obsequium, ac venerationem, quam ex toto corde profitentur erga coadjutum, plena, libera, ac deliberata voluntate renuntiant omni juri, ac actioni ex dicto contractu sibi quomodolibet competentibus: adeo ut ex utraque parte dicta complanatio haberi debeat, ac si nunquam facta, aut effectam ullum sortita fuisset.

Tenor secundi articuli, vi cuius rescinditur complanatio facta inter metropolitam, ac suos coadjutos.

§. 5. 3.^o Retractantur ex utraque parte, quæcumque occasione litium, et prætensionum super administratione tam spirituali, quam temporali utriusque dioceseos, ab ipsis partibus, vel earum agentibus, et procuratoribus contra alterius honorem, famam, estimationemque tam in iudicio, quam extra, dicta, prolata, vel scripta fuisse constaret; eaque ab actis publicis, ac privatis deleri mandantur: sine præiudicio tamen iurium utriusque partium competentibus super prætensis resarci-

Tenor tertii articuli, quo deletis actis, cuiusque liti renuncietur.

tionibus damnorum, de quibus in sequenti articulo cavetur.

Tenor quarti articuli in cuius sequelam præcipitur concordia super sarcitione damnorum, vel ea non secuta electio arbitrarium suadetur.

§. 6. 4.^o Unicuique parti reservantur illæsa, et integra omnia, et singula jura, et actiones (si quæ, vel quas habent:) ad agendum in iudicio contra alteram pro resarcitione damnorum, et violentiarum (si quæ, vel quas aut sustinuerit, aut se sustinuisse prætendat:) tam in personis propriis, quam pro officialibus, et curialibus aulicis, cæteris alterius partis servitio addictis, nec non pro quibuscumque aliis interesse habentibus, tam occasione administrationis spiritualis, vel temporalis ab illustrissimis, et reverendissimis dominis coadjutoribus susceptæ, quam occasione revindicationis, et occupationis secutæ ex parte illustrissimi, et reverendissimi metropolitani; super quibus omnibus primum concordia procurabitur amicabiliter, qua non secuta, unus iudex compromissarius nominabitur ab illustrissimo, et reverendissimo domino metropolitano, alius vero ab illustrissimis, et reverendissimis coadjutoribus, qui ambo iudices compromissarii debeant in termino quatuor mensium a die nominationis computandorum, et nullo modo ulterius prorogando, suum laudum, vel arbitramentalem sententiam pronunciare. Iis vero non plenarie, et uniformiter in omnibus, et singulis punctis concordantibus, vel intra prædicti temporis spatium suum arbitrium, vel sententiam non proferentibus, tunc totum negotium devolvetur ad iudicium sacræ nuntiaturæ apostolicæ, quæ summarie, simpliciter, de plano, ac omni appellacione remota, quia sic inter partes fuit specialiter, et expresse conventum, ad finalem sententiam procedet.

§. 7. 5.^o Reservat sibi illustrissimus, et reverendissimus metropolita actionem adigendi illustrissimos, et reverendissimos coadjutores ad reddendam rationem administrationis bonorum temporalium ad easdem mensas spectantium, nec non proventuum ab ipsis perceptorum vigore decreti sacræ congregationis de Propaganda Fide editi die xxviii. augusti anni MDCCLXVIII. In qua quidem re, quicquid investigationem reddituum perceptorum concernet, eadem servabitur methodus, quæ supra num. 4. superius est expressa. Quoad vero eorundem adjudicationem, vel divisionem, si quæ fieri debeat, unaquæque partium se submittit iudicio excellentissimi nuntii, qui similiter procedat, ut supra num. 4.

Tenor quinti articuli reservat metropolitæ jus consequendæ redditionis rationis a coadjutoribus.

§. 8. 6.^o Cum illustrissimus, et reverendissimus metropolita propter labores hucusque susceptos, et ob gravem suam ætatem, nec non valetudinis incommoda, vix se sufficere in posterum posse credat regimini utriusque diocæseos, multoque minus eas personaliter (ut decet, et canonice, nec non Zamosciensis synodi sanctiones præscribunt) visitare, eosdem suos coadjutores in partem sollicitudinis suæ pastoralis ex nunc vocare constituit. Proindeque reservata sibi metipsi, suæque propriæ administrationi, ea diocæsis metropolitæ parte, quæ totum magnum ducatum Lituaniæ comprehendit, reliquam, quæ nempe per Userainam, ac palatinatum Braclaviensem, aliasque adjacentes regiones protenditur, committit, et assignat illustrissimo, et reverendissimo domino Szeptychi episcopo Leopoliensi cum plena, libera, et absoluta, ac irrevocabili administratione spirituali: pari quoque modo, et forma illustrissimo, et reverendissimo domino Mtodowski episcopo Brestensi regendam, et gubernandam, ac administrandam committit, et assignat diocæses sibi invicem unitas Uladimirensem, et Brestensem. Ad quem effectum illustrissimus, et reverendissimus metropolita patentes dictarum respective administrationum literas eisdem modo, forma, facultatibus, conditionibus, et clausulis, quæ in aliis vicariatus literis die xx. decembris MDCCLXVII. expeditis continentur, a se ipso subscriptas tradet, et deponet infra tres dies in manus excellentissimi, et reverendissimi domini nuntii apostolici, publicandas deinde, et executioni demandandas tempore eisdem beneviso, postquam tamen præsens concordia fuerit beneplacito summi pontificis roborata, et confirmata.

Tenor sexti articuli vi cuius ipsi coadjutores ad speciales administrationes deputantur.

§. 9. 7.^o Idem tamen illustrissimus, et reverendissimus metropolita reservat sibi plenam, et liberam administrationem, et curam bonorum temporalium utriusque mensæ, quocumque nomine censeantur, et ubicumque sita sint: quorum redditus in sui usum, ac in utilitatem ecclesiarum suarum ad normam canonicarum sanctionum fideliter procurare, et administrare promittit, eorum statum hodiernum per commissarium suum, una cum commissario ab ipsis coadjutoribus designando, describi quam primum curabit intra quatuor mensium spatium, a die publicatæ administrationis suorum coadjutorum, de quibus duo similia inventaria, et com-

Tenor septimi articuli quo consultur administrationi, et curæ bonorum temporalium utriusque mensæ.

missariorum prædictorum juramento firmata, legaliter conficientur, quorum unum etiam a respectivo coadjutore subscriptum illustrissimus metropolitani a se retinebit; alterum vero illustrissimo coadjutori, ad quem spectabit, tradet, et reddet, eaque illustrissimus metropolitani, ut quotannis ad instantiam suorum coadjutorum renoventur, minime detractet.

Tenor octavi articuli, quo coadjutoribus necessaria ad vitam assignantur.

§. 10. 8.º Quia vero monet apostolus cum, qui altari inservit, de altari vivere debere, volens illustrissimus, et reverendissimus metropolita coadjutoribus suis se se etiam liberalem exhibere, sponte dimittit illustrissimo, et reverendissimo domino Mtodowski, præter obventiones illas, quæ ex actuali exercitio jurisdictionis tam contentiosæ, quam gratiosæ per universam Uladimiriensem, et Brestensem diocesium provenire possunt, ac debent, etiam cathedralicum assignat, quod sacri canones episcopis permittunt, ut annuatim a subjectis sibi presbyteris exigat; quia vero dicta cathedralici exactio vix, si etiam plenarie fieri posset ad summam quatuor millium florenorum Polonicalium ascendet, nec etiam æquum est, quod calamitosis hisce temporibus clerus hujusmodi exactione, præter vires suas gravetur; ideo illustrissimus, et reverendissimus metropolita summam decem millium florenorum Polonicalium in parata pecunia quotannis (sed rationem nempe 2500. singulis trimestribus postecipate) se soluturum promittit, vel si illustrissimo coadjutori magis placuerit, tot villas ad mensam Uladimiriensem spectantes, a suo coadjutore, vel episcopis residentie magis commodas, et vicinas, ex quibus æqua estimatione facta, et judicio excellentissimi nuntii absque ulteriori recursu, aut appellationis remedio, approbanda possit, tam in rebus, quam in pecuniis summam decem millium florenorum Polonicalium similium quotannis percipere, administrationi, et curæ ejusdem coadjutis irrevocabiliter committet, ut idem illustrissimus coadjutor possit necessitatibus suis commodius consulere, et providere. Hæc autem villarum designatio, quatenus loco assignationis pecuniariæ adoptetur, fieri debet statim a publicatione literarum administrationis spiritalis, ac judicio, et auctoritate excellentissimi nuntii confirmari; adeo ut ab eo die in potestatem coadjutoris transeant una cum fructibus pendentibus, et inexactis, absque eo, quod pro expensis, et laboribus antea factis, ali-

quid, vel minimum prætere possit illustrissimus metropolita.

§. 11. 9.º Pari modo illustrissimus metropolita illustrissimo domino Szeptychi pro suo assignamento præter obventiones ex jurisdictione contentiosa, et gratiosa in parte dioceseos sibi commissæ provenientes, etiam exactionem cathedralici committit, quod felicioribus annis ad viginti quinque millia et amplius ascendebat, florenos; hac tamen adjecta conditione, quod ipse pro suo congruo assignamento quindecim millia florenorum dumtaxat sibi reservet, reliquam vero summam in tuto loco, et apud fidam personam deponat, non inde amovendam, nisi ex dispositione illustrissimi metropolitæ, qui pro eo, quo flagrat, zelo erga ecclesiam sibi commissam, nequaquam vult eos in usum proprium derivare, aut convertere, sed omnino ex nunc consecrat, et devovet bono, et utilitati ecclesiarum suarum, expendendos nempe in processibus, vel continuandis, vel incipiendis pro recuperatione bonorum ecclesiarum prædictarum, pro stipendiis agentium, et procuratorum, ubicumque existentium, vel pro aliis utilibus, seu necessariis causis inter dominum metropolitam, et unum, vel alterum ex suis coadjutoribus in ea re interesse habentem concordandis, et judicio excellentissimi nuntii approbandis.

Tenor noni articuli obventiones distribuitur provenientes ex jurisdictione contentiosa, et gratiosa.

§. 12. 10.º Præterea, ut idem illustrissimus, et reverendissimus dominus coadjutor Szeptychi visitando diocesim sibi commissam habeat domum aptam, et congruam, in qua residentiam figere possit, illustrissimus, et reverendissimus dominus metropolita assignabit ei domum, et locum ad dictum effectum idoneam, nempe domum metropolitam de Radomysl nuncupatam, absque tamen perceptione fructuum, et reddituum ex adnexis bonis provenientium, eidem tamen dimittit, ac cedit bona dicta Barachty, jam per decretum recuperata, vel recuperanda; si quæ tamen aliæ expensæ in eam causam essent faciendæ relinquuntur arbitrio, et oneri illustrissimi coadjutoris.

Tenor decimi articuli quo alteri ex visitatoribus diocesium consultur de apta, et congrua domo.

§. 13. 11.º Demum reservat sibi illustrissimus, et reverendissimus metropolita omnia jura etiam honorificæ metropolitæ jurisdictionis in literis patentibus vicariatus superius enunciatis, nempe de data xx. decembris MDCCLXVII. anno expressa, et nunc in novis literis administrationis spiritalis iterum exprimenda.

Tenor undecimi articuli vi cuius metropolita sibi reservat jura in literis patentibus exprimentur.

Tenor duodecimi articuli mandat concordiam a rege, et Sancta Sede esse confirmandam, ut summus sortiatur effectum.

§. 14. 12.^a Postquam unaquæque partium contrahentium huic concordia pro suo peculiari interesse consensum præstiterit, eamque sua subscriptione firmaverit, ejus effectus in suspenso habeantur donec constet de serenissimi regis satisfactione, et sancta Sedes apostolica beneplacitum, et approbationem impertiri dignata fuerit.

Actum Varsaviæ die xxviii. novembris anno MDCCLXXII.

Omnia laudat, et confirmat Pontifex etiam de consilio venerabilium cardinalium negotii Propagandæ Fidei præpositorum.

§. 15. Nos igitur, qui pacem, et quietem inter metropolitanum, et episcopos prædictos paterno desideramus affectu, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, insertos articulos concordia, una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium.

Concordiam servandam esse præcipit per clausulas salutaris, et dempta cuique iudici aliter iudicandi potestate.

§. 16. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis prædictæ nuncios iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatis etiam omnibus in contrarium facientibus, ac etiam speciali mentione dignis.

§. 17. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in

Bull. Rom. Tom. IV.

suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXV.

Dat. die 29. martii 1773. Anno IV.

Confirmatio brevis Clementis VIII. super jure inquilinatus ad hebræos conductores etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias a se recordat. Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro prodierunt literæ in simili forma Brevis expeditæ, quarum tenor est qui sequitur nempe Clemens pp. VIII. universitati hebræorum urbis viam veritatis agnoscere, et agnitam custodire, apostolica Sedes nedum christianæ fidei cultores veluti suos peculiare filios intra gremium suum complecti consuevit, sed et ab ipsa christiana fide alienos, ut sciant divinæ misericordiæ januam iis, qui ad illam per salutis semitas confugere velint, clausam non esse, quandoque se gratiosam exhibet, et benignam; proinde Nos volentes universitatem vestram diversis impositionibus, et oneribus obnoxiam aliqua speciali gratia benigne prosequi, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vos, et singulares universitatis vestræ personas a quibuscumque transgressionibus, excessibus, et criminibus, exceptis tamen homicidii, falsificationis monetæ, sacrilegii, læsæ majestatis, et rebellionis, et casibus ad tribunal officii sanctissimæ inquisitionis pertinentibus usque ad præsentem diem per vos factis, et commissis, dummodo tamen pro illis carcerati, aut sub cautionibus etiam juratoriis relaxati de præsentem non fueritis, nec non habita pace, et concordata parte, in casibus, in quibus venit de jure concordanda, et reservato nihilominus parti læsæ jure civiliter agendi, auctoritate apostolica, tenore præsentium gratiose absolvimus, et liberamus, ac pœnas quascumque per vos

Tenor constitutionis Clementis VIII.

Y y

propterea incursas, dummodo, si sint pecuniariæ, non fuerint depositatæ, vobis remittimus, et condonamus.

Extinctio litis super possessione petii terræ cœmeteriis hebræorum contiguæ, illiusque perpetua concessio.

§. 2. Præterea sicut Nobis exponi fecistis, vos super possessione cujusdam petii terræ cœmeteriis vestris contiguæ ad vestram universitatem spectantis, diversas molestias, ac lites, tam a camera Nostra apostolica, quam a domo cathecumenorum urbis, et forsitan aliis etiam particularibus personis hætenus substitueritis, ac pensiones, seu affectus ipsius petii terræ, quod locari ad usum articulatorum consuevit penes montem Pietatis ad instantiam domus cathecumenorum, seu cameræ, et aliorum litigantium depositatæ reperiantur: Nos quascumque lites, et causas super dicto petio terræ contra vos etiam ad instantiam cameræ Nostræ apostolicæ, et domus cathecumenorum hujusmodi, vel quorumvis aliorum quovis prætextu motas, et indecisas pendentes in eisdem statu, et terminis, in quibus reperiuntur, ad Nos harum serie avocamus, illasque penitus extinguimus, ac dictis cameræ, et domui cathecumenorum, et quibusvis illarum ministris, et agentibus, et quibuscumque aliis perpetuum desuper silentium imponimus, ac pecunias, pensiones, seu affectus dicti petii terræ, ut præfertur, depositatas, seu penes quoscumque sequestratas vobis tradi, et consignari debere volumus, et ordinamus, et quæcumque sequestra desuper facta relaxamus, utque universitate vestra illud petium terræ perpetuo possidere, ac locare, et dislocare, et pretium locationis, et affectus hujusmodi percipere, exigere, et levare, ac in vestros usus, et utilitatem convertere libere, et licite possitis, et valeatis concedimus, et indulgemus.

Privilegium inhabitandi, et meliorandi domus in claustro absque eo quod vel augeri pensiones possint, vel ab illis civi nisi in casu morositatis in solutione pensionum.

§. 3. Nec non vobis, et particularibus vestræ universitatis hebræorum personis, ut in domibus, quas inhabitatis, et quilibet vestrum inhabitat (pensiones, quas nunc ratione dictarum domorum respective quilibet vestrum persolvit, persolvendo) remanere, nec exinde quovis prætextu ab eorundem domorum dominis, seu patronis christianis eiici possitis, nec etiam pensiones præfatæ vobis augeri possint, nisi in eventum, in quem prædicti domini, seu patroni demorum in ipsis domibus aliquid notabile, et evidens augmentum, et melioramentum non necessarium propriis dominorum, seu patronorum sumptibus pro tempore fecerint, quo casu pro rata expensarum in hujusmodi augmentis, et melioramen-

tis per dictos domorum dominos, seu patronos faciendis pensiones prædictas ad eam rationem, pro centenariis, et anno qua declarabitur augeri posse statuimus, prout, nec etiam christiani, sive proprietarii, sive usufructuarii, sive inquilini domorum contiguarum clausuræ hebræorum possint de cætero eorum domos ampliari illas incorporando, vel uniendo cum domibus ipsorum hebræorum in dicta clausura existentibus; vobis vero, et cuilibet vestrum in eisdem domibus, quas inhabitatis, et in futurum inhabitabitis quæcumque melioramenta pro vestro usu, et commoditate, dummodo facies domorum non mutetur, nec illis deterioramentum aliquod inferatur, ac requisitis prius illarum dominis, seu patronis, an illa eorum sumptibus facere veliat, illisque recusantibus, iudicis licentia prius obtenta, interesse habentibus legitime citatis, vestris sumptibus facere licitum sit, nec vos desuper impediri, aut eo casu pensiones earundem domorum vobis augere possint, si tamen domini hujusmodi expensas, et melioramenta eorum propriis sumptibus facere, aut a vobis pro tempore facta persolvere voluerint, tunc similiter pro rata expensarum in hujusmodi melioramentis faciendis pensiones prædictas ad eam rationem pro centenariis, et anno, quæ declarabitur, augeri posse statuimus auctoritate, et tenore prædictis perpetuo similiter concedimus, et indulgemus.

§. 4. Sicque, et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si quidquam secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

§. 5. Quo circa dilecto filio Nostro Petro sancti Nicolai in Carcere diacono cardinali Aldobrandino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Nostro secundum carnem, et fratre germano nepoti, et pro tempore existente Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario per præsentem committimus, et mandamus, quatenus spectat ad officium camerariatus, per se vel alium, seu alias vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate Nostra vos, et quemlibet vestrum eorundem præmissorum effectum pacifice frui, et gaudere, non permitteas vos desuper a quoquam quavis auctoritate, quomodolibet indebite molestari, et insuper eidem camerario, nec non præsentibus, ac clericis camerariæ apostolicæ mandamus, quatenus præ-

Deputatio cardinalis camerarii pro executione concessionum.

scutes Nostras in eadem camera recipiant, et admittant, et in eisdem camerae libris registrari mandent, et faciant; contradictores quoscumque per opportuna juris, et facili remedia, appellatione posposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac almae urbis, et camerae, ac domi cathecumenorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis illis, ac quibusvis aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta junii millesimo sexcentesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

Controversia suborta super executione privilegiorum concessorum.

§. 7. Nuper vero nomine ejusdem universitatis, et Gabrielis de Ambron, ac Davidis de Segni illius factorum nuncupatorum expositum Nobis fuit, quod licet ipsi in executionem praesentiarum literarum praefati Clementis praedecessoris pontificiae beneficentiae favoribus, et gratis tunc concessis pacifice semper gavis fuerint, neque unquam iis, qui prompte pensiones domorum solverunt, in dubium, aut controversiam revocatum sit privilegium juris inquilinatus vulgo inter eos nomine juris Gazaca vocari solitum, quod inter ipsos non solum pretio aestimabile est, sed etiam cedi, in dotem assignari solet, et super eo hypothecae quoque contrahuntur in utilitatem, atque compendium eorundem hebraeorum, qui praeter istud nullum aliud habent jus, quod ipsi acquirere valeant; nihilominus novissimis tantum temporibus anno nempe MDCCLXXI. unus ex eis privilegium, atque jus hujusmodi destruere adnixus fuit, ineundo locationem perpetuam super una parva apotheca cum parva itidem interiori mansione, quae ab archiconfraternitate SSmae Trinitatis peregrinorum, et convalescentium de urbe illius domina proprietaria jampridem locata fuerat, eamque propterea pacifice obtinebat Angelus Aron Benedetti, qui prompte debitas pensiones persolverat: novus siquidem conductor, ut dictum Angelum Aron praecedentem conductorem, et possessorem repelleret, pensiones dictae apothecae, ac man-

sionis interioris, hac de re, augere, voluit, atque promisit. Verum pro parte dictae universitatis, atque ipsius Angeli Aron, nec non Isaac Josephi Tedeschi porrectis Nobis super hac re supplicibus precibus, editum fuit rescriptum, quo in locatione ejusdem apothecae et mansionis praefatum Angelum Aron praefendum esse declaravimus, ac alias prout ex eodem rescripto, atque decreto postmodum, die nempe decimatertia augusti MDCCLXXI. desuper lato a dilecto filio Nostro Januario modo Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali De Simone nuncupato auditore Nostro, cujus quidem decreti, ac respective memorati rescripti tenor est, qui sequitur, nempe.

Januarius De Simone.

§. 8. Januarius De Simone Smi dñi Nostri papae auditor, ab eodem Smo specialiter electus, et deputatus: universi, et singuli hoc praesens publicum decreti instrumentum lecturi, visuri, legique pariter audituri; noverint; qualiter unus ex cursoribus retulit in scriptis se die viii. augusti MDCCLXXI. pro parte, et ad instantiam universitatis hebraeorum urbis, ac Angeli Aron de Benedictis, et Isaac Josephi Tedeschi principium, sive etc. coram Nobis per acta infrascripti notarii citasse dominum Angelum Continenza ex adverso procuratorem assertum venerabilis archiconfraternitatis sanctissimae Trinitatis peregrinorum urbis ex adverso principalis, ac Emmauelem Modigliano ex adverso principalem, ac alias omni etc. ad dicendum contra memoriale cum rescripto Sanctissimi, et pro hujusmodi effectu etiam in executionem Bullae sanctae memoriae Clementis VIII. sub data v. junii MDCIV., quo impertitur privilegium hebraeis universitatis Ghetti urbis, ne a domibus, et apothecis conductis expellantur, nisi in casu morositatis in solutione pensionum, mandari, rescindi instrumentum locationis perpetuae per dictam venerabilem archiconfraternitatem stipulatum die xxiii. martii currentis anni per acta Pauletti notarii capitulini favore dicti Emmanuelis Modigliano apothecae cum parva retromansione jam per eandem archiconfraternitatem locatae dicto Angelo Aron Benedetti, dictumque instrumentum locationis, omniaque pacta in eodem apposita declarari non mereri ullam executionem ad effectum impediendi mantentionem favore ejusdem Angeli Aron

Tenor rescripti auditoris sanctissimi, qui item dicitur super praedictione inquilino tribuenda in jure perdurandi in locatione etiam perpetua.

Benedetti in detentione, usu, et exercitio ejusdem apothecæ, et domus, et respective ad effectum impediendi executionem dictæ Bullæ sanctæ memoriæ Clementis VIII. et interim sibi inhiberi in forma, ne audeant aliquid innovare coram quocumque iudice, et tribunali super prætensa evacuatione instantium ab eadem apotheca, et domo sub pœnis etc. et decretum etc. ad primam diem etc. = qua adventa delatione facta comparuit dominus Paschalis de Dominicis procurator petiit ut supra = ex tunc nos mandavimus exequi rescriptum editum ex audientia Sanctitatis Suae sub hodierna die 13. augusti tenoris sequentis videlicet = Sanctissimus oratricis precibus inclinatus benigne annuit pro prælatione Angeli Aron Benedetti in contractu locationis, de quo agitur, juxta petita; et pro hujusmodi effectu præficit eidem Benedetti terminum unius mensis ab hodierna die decursuri ad conficiendum cum archiconfraternitate sanctissimæ Trinitatis peregrinorum urbis instrumentum locationis conductionis sub iisdem tamen omnino pactis, conditionibus, et obligationibus appositis in simili contractu inter ipsam archiconfraternitatem et Modiglianum inito sub die 23. martii proximi, ita cæteroquin, ut jam impertitum super hoc ipso contractu beneplacitum apostolicum valeat, et applicatum censeatur, et sit pro prælatione favore nominati Benedetti ut supra stipulanda; contrariis quibuscumque non obstantibus. Declaravit vero Sanctitas Sua, quod si per eundem Benedettum steterit, quominus infra præfixum, ut supra, mensis terminum prælationis instrumentum conficiatur, hoc rescriptum perinde debeat haberi ac si nunquam emanasset = et amplius, principalibus, ec. = Quæ omnia, et singula præmissa vobis omnibus, et singulis supradictis tenore præsentium intimamus, insinuamus, et ad vestram notitiam deducimus; deducique volumus, et mandamus, ne de præmissis ignorantiam ullo unquam tempore allegare possitis, seu præsumere valeatis; Taliter etc. In fidem etc. Datum Romæ ex ædibus nostris in palatio apostolico montis Quirinalis hac die xiii. augusti MDCLXXI.

I. de Simone auditor.

Loco ✠ signi.

Placentinus de Montibus notarius.

§. 9. Ut autem sicut eadem expositio subijungebat præmissa omnia tam in præinsertis literis ipsius Clementis prædecessoris concessa, et elargita, quam in præinsertis pariter rescripto, et decreto constituta, disposita, et declarata firmiter subsistant, et serventur exactius, dicti exponentes ea apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri, et quatenus opus sit, illa de novo per Nos concedi, ac insuper ne quæcumque etiam renunciatio juri inquietinatus emissa obstare ullo modo possit conductori pariter declarari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignæmur.

§. 10. Nos igitur eorundem exponentium quieti consulere volentes, audita super præmissis relatione, ac voto venerabilis fratris Nostri Karoli episcopi Sabinensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Rezzonico nuncupati, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarii, præinsertas literas ejusdem Clementis prædecessoris, atque rescriptum, et decretum pariter præinserta cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, atque quatenus opus sit, ipsis exponentibus, et particularibus dictæ universitatis ea de novo concedimus, et indulgemus, ac præterea quamcumque renunciationem juri inquietinatus, sive usque adhuc emissam, sive in posterum quancumque emitendam, dummodo conductores dictarum domorum conventas pensiones prompte persolvant, nullius roboris, ac momenti esse, neque eisdem conductoribus ullo modo præjudicium aliquod inferre, aut obstare posse auctoritate, et tenore prædictis declaramus, statuimus, et ordinamus.

§. 11. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super

Preces portæ pro confirmatione Clementinæ constitutionis, et rescripti auditoris sanctissimi.

Omnia confirmat Pontifex, et etiam de novo concedit si ta opus erit.

Clausula sublata, et decretum irritans.

his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Clemens prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maii MDGCLXXIII., pontificatus nostri anno quarto.

CCXXXVI.

Facultas fratribus conventus de Xerez ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum in civitate Pacensi existentis exequendi onera, et legata pia in eorum conventu, quæ in aliis erant relicta,

Clemens PP. XIV:

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Josephus Freyre de Andrade sacerdos, et frater expresse professus, ac minister provincialis provinciæ Beticæ ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, quod cum conventus civitatis Pacensis ejusdem ordinis, et provinciæ una cum suis redditibus, fructibus, et bonis unitus fuerit alteri conventui ordinis, et provinciæ hujusmodi in oppido civitate Xerez della Frontera vulgo nuncupata Hispalensis diocesis existente; hinc facultatem adimplendi in secundo dicto conventu, ejusque ecclesia omnia onera spiritualia, legata pia, fundationes, seu memorias spirituales relicta, seu relictas in primodicto conventu Pacensi, non obstante contraria quacumque voluntate, etiam cum clausula irritanti in suis respective foundationibus, ac dispositionibus apposita idem Antonius Josephus sibi per Nos concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsum Josephum Antonium specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas for-

te incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, nunc, et pro tempore existentibus fratribus memorati conventus oppidi Xerez de la Frontera ordinis, et provinciæ prædictorum, ut ipsi in eo, ac in illius ecclesia omnia onera spiritualia, legata pia, fundationes, seu memorias spirituales relicta, seu relictas, atque erectas in memorato conventu Pacensi, quacumque contraria lege foundationum, dispositionum, et voluntatum ac pœna, et irritantibus clausulis in eis apposis minime obstantibus, exequi, et adimplere libere, ac licite possint, et valeant, plenam, et amplam facultatem, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quorumcumque testatorum, ac fundatorum etiam ultimis voluntatibus, quibus quoad præmissa sufficienter, et expresse derogamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictorum conventuum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam ma-

Derogatio contrariorum.

Dat. die 30. martii 1777. Anno IV.

Expositio præcæ.

Concessio gratiæ.

Roboratio concessionis.

Derogatio contrariorum.

jorem sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 1.
aprilis 1773.
Anno IV.

CCXXXVII.

Confirmatio concordiae, quoad scholas seminarii, et civitatis Eugubinae initae etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **D**ecet romani pontificis providentiam, ut dissidiorum occasiones, quae praesertim juventutis educationi, et mutuae inter pastorem, et gregem charitati officere possent, sua auctoritate removeat, ea disponendo, quae conciliandis animis, et promovendis literis magis noverit opportuna.

Controversia suborta inter episcopum, et communitatem super executione concordiae diei 7 julii 1692 pro unione scholarum seminarii et civitatis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, judicialis orta esset controversia inter venerabilem fratrem episcopum Eugubinum, et dilectos filios communitatem, et homines civitatis ejusmodi, super executione, vel rescissione instrumenti conventionis initae die septima julii 1692. ab eorum respective antecessoribus pro unione scholarum seminarii, et civitatis, et sententia in judicio possessorio prodiisset in tribunali dilecti item filii causarum curiae camerae apostolicae generalis auditoris per aeta Placentini de Montibus die decima octava septembris 1770. favore praedictae communitatis pro executione ejusdem instrumenti, et adversus illam idem episcopus adire parabatur signaturae justitiae tribunal pro suspensiva obtinenda appellatione.

Praeceptum componendi litem amicabiliter, et tenor initae conventionis.

§. 3. Nos litem hujusmodi per dilectum filium Nostrum Januarium Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem de Simone nuncupatum tunc auditorem Nostrum advocari praecipimus, et committi venerabili fratri Francisco archiepiscopo Patracensi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praeposita, secretario, ut rem componeret de bono, et aequo, prout studiosae juventuti tum seminarii, cum civitatis magis in Domino expedire judicasset. Idem autem Franciscus archiepiscopus Nostris hujusmodi parendo

mandatis, pluribus habitis congressibus cum uniuscujusque partis defensoribus nonnullas conventiones communi placito efformavit, quarum tenor est qui sequitur nempe.

§. 4. I. Quod homines, et communitas praedicti omnes peractae litis expensas, quae de jure essent reficiendae, seminario condonent.

Condonatio expensarum

§. 5. II. Quod antiquae conventiones initae anno 1692. suum sortiantur effectum ad totum annum 1771., cumque communitas, post clausuram seminarii sequentem die prima novembris 1769. solvisset magistro humanarum literarum, et rethoricae scuta 173. 33., et alia scuta 13. magistro rudimentorum, pro salario, ad quod juxta praedictas conventiones, consuetudinem, et sententiam auditoris camerae tenebatur seminarium, idcirco ab eodem seminario restituenda forent communitati scuta 160. 33. pro integra hujus damni emendatione, ac etiam pro lucro cappellae seminarii, quo caruit magister praedictus, condonato residuo.

Antiquae conventionis executio sub expressis cautionibus, et reservationibus usque ad annum 1771.

§. 6. III. Quod a die prima januarii 1772. in posterum resolutae censeantur omnes praedictae conventiones antiquae, omnisque sublata communitatis contributionis stipendiorum, novaque deinceps servetur communitas loci dumtaxat, ita ut magistri a communitate non minus, quam a seminario conducti, docere teneantur in aedibus seminarii seminaristis promiscue, et saecularibus, sive clericis extra seminarium degentibus.

Post ann. 1772 resolutae habentur conventiones antiquae, et novae subrogantur, ut in sole seminario doceatur.

§. 7. IV. Quod ibidem tres continuo doceant magistri a seminario conducti, per episcopum singulis annis eligendi, vel confirmandi, unus totius grammaticae, alter theologiae scholasticae, vel moralis arbitrio episcopi, tertius cantus ecclesiastici.

Electio magistrorum a seminario conductorum.

§. 8. V. Quod similiter tres sint magistri a communitate conducti, et a generali consilio singulis annis eligendi, vel confirmandi, ad formam statuti, quorum unus ibidem doceat prima literarum, et grammaticae rudimenta, alter humaniores literas, et rethoricam, tertius philosophiam.

Electio aliorum magistrorum a consilio eligendorum.

§. 9. VI. Quod praedicta magistrorum electio, vel confirmatio libera utriusque sit respective episcopo, et generali consilio, sine ullius dependentia ab altero; at si magistri defecerint in officio, vel reprehensibiles fuerint, quemadmodum episcopus ad instantiam communitatis, ita communitas ad requisi-

Promiscua dependentia in simplici representatione magistrorum, qui defecerint.

tionem episcopi, pro suis respective dependentibus, opportune providere teneantur; ita tamen, ut nullum inde præjudicium allatum intelligatur juribus, quæ episcopo competunt super publicis scholis, et magistris ad formam sacrorum canonum, et sacri concilii Tridentini, quæque sæper præservata censeantur, et in suo robore plene permanere debeant.

Providentiæ quoad electionem magis trotram pro opere pio Sperella.

§. 10. VII. Quod episcopus, et vexilliferi justitiæ pro tempore, qui simul sunt præpositi operi pio nuncupato congregatio Sperella, curare debeant, ut professores arithmeticæ, et scribendi, ac institutionum utriusque juris, qui ab eodem opere pio stipendium accipiunt, doceant pariter, ut antea, in ædibus seminarii, servata tamen quoad eorum electionem voluntate præsulis Sperelli pii fundatoris, citra ullam innovationem.

De expensis a seminario, et communitate subeundis.

§. 11. VIII. Quod præter ostiarium posthac a seminario conducendum, nec ipse, nec communitas ad majores teneantur sumptus, quam nunc subeunt, ratione stipendii magistrorum.

De inspectoribus scholarum deputandis.

§. 12. IX. Quod duo, ut antea a communitate eligi possint scholarum inspectores, ad formam statuti, et consuetudinis enunciatæ in instrumento anni 1692.; et tam inspectores prædicti, quam magistratus civitatis, vel conjunctim, vel divisim possint pro libitu scholas invisere, etiam magistrorum seminarii, et scholares examinare, exceptis iis, qui private subsunt episcopo ad formam sacri concilii Tridentini.

De Tabella efformanda dierum in quibus vel lectiones, vel vacationes habeantur.

§. 13. X. Quod episcopi simul, et magistratus, ac inspectorum prædictorum communi placito, nova efformanda sit tabella dierum, in quibus lectiones, aut vacationes habendæ sunt, in singulis scholis assignanda.

De veteribus conventionibus in reliquis servandis.

§. 14. XI. Quod præter supradicta in reliquis serventur conventiones, ut supra, initæ in instrumento die 7. julii 1692., quod confirmatum hic censeatur in omnibus, quæ præmissis non adversantur.

De apostolica confirmatione impetranda circa novas conventiones.

§. 15. XII. Quod demum hujusmodi novæ conventiones, et concordia perpetuo servari debeant inter seminariam, et communitatem, et pro majori illarum firmitate Nostram, et Sedis apostolicæ approbationem, et confirmationem communibus sumptibus procurare teneantur per literas apostolicas in forma Brevis.

Confirmatio apostolica.

§. 16. Nos igitur earumdem conventionum serie perpensa, illasque utri-

que parti proficuas, et restaurandæ paci, promovendisque literis idoneas judicantes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, præinsertas conventiones omnes, cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Eidemque Francisco archiepiscopo nunc, et pro tempore existenti memoratæ congregationis secretario committimus, et mandamus, ut easdem conventiones a Nobis, sic, ut præfertur, confirmatas, ab iis, ad quos spectat, perpetuo faciat inviolabiliter observari.

§. 17. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sique in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et alios quacumque auctoritate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula solutares, et decretum irritans.

§. 18. Non obstant. constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud

Derogatio contrariorum.

sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die prima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXVIII.

Dat. die 3.
aprilis 1773.
Anno IV.

Confirmantur constitutiones recentiores pro fratribus ordinis minorum sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum provinciarum Franciæ editæ seu conditione etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ineffabili Dei bonitate in supremo apostolatus solio præsidentes, inter pastoralis officii Nostri curas, illam potissimum a Nobis amplectendam esse putamus, per quam Christifidelium sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium felici directioni, ac gubernio consulitur, et quæ in id pie, prudenterque constituta fuisse noscuntur, ut firmiora persistant, cum a Nobis petitur, apostolici muniminis præsidio roboramus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Expositio præcum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Anselmus Lorette procurator generalis fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia Discalceatorum, et Recollectorum nuncupatorum, quod cum novissime in comitiis generalibus omnium provinciarum Recollectorum dicti ordinis in regno Franciæ existentium absolutum sit opus recentiorum constitutionum generalium, quibus ea omnia, quæ in antiquis illarum statutis, inspecto præsentium rerum statu, mutatione, aut correctione indigere deprehensum fuerat, quæque ratione temporum, et circumstantiarum perfectæ earundem provinciarum uniformitati minime conveniebant, ita correctæ, et emendatæ sunt, ut nil quidquam a regula, et instituti substantia detractum, imo vero priscum illarum decus restitutum, et auctum dignoscatur; hinc, ut recentiores constitutiones prædictæ firmiter subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri idem exponens plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore consentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem tam venerabilis fratris Nostri Joannis Francisci episcopi Prænestini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Stuppani, quam dilecti filii Nostri Aloisii ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Torrigiani nuncupati dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris attenderunt, consilio, recentiores constitutiones prædictas in comitiis generalibus earundem provinciarum regni Franciæ pro iisdem provinciis, ut præfertur, editas auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

Confirmatio
apostolica.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, sitosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ salutaris pro plena observantia concessionis.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Qui-

Derogatio contrariarum.

bus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem majorem sub annulo piscatoris die tertia aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIX.

Datum die 28.
aprilis 1773.
Anno IV.

Confirmatio cessionis ecclesiæ veteris ssmæ Trinitatis oppidi Podii Mirteti in favorem fratrum ordinis s. Francisci Conventualium a confraternitate ssmi Sacramenti ejusdem oppidi factæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio status ecclesiarum ante cessionem.

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Innocentius Salomoni minister provincialis, et commissarius generalis provinciæ romanæ ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, ac fratres conventus sancti Valentini oppidi Podii Mirteti nullius diocesis abbatie sanctæ Mariæ Farfensis in districtu Urbis ejusdem ordinis, quod cum alias parochialis, et collegiata ecclesia sanctissimæ Trinitatis dicti oppidi integre denuo ædificata sub titulo, seu invocatione Assumptionis beatae Mariæ virginis fuisset, tunc existentes archipresbyter, et canonici, translata a veteri ad novam ecclesiam hujusmodi animarum cura, veterem ecclesiam prædictam sanctissimæ Trinitatis dederunt, ac cesserunt societati sanctissimi Sacramenti ejusdem oppidi, ea tamen adjecta lege, ut societas præfata propriis expensis augustissimum eucharistiæ sacramentum in veteri ecclesia, lampade semper accensa, retinere, ac dicta vetus ecclesia pro tempore existentibus archipresbyteris memorati oppidi subjecta esse deberet, et alias prout in instrumento die 21. augusti 1721. a quondam Angelo Cosimati desuper stipulato, cujus tenorem presentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de ver-

bo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Dilecti vero filii moderni confratres dictæ societatis, ut novum erga Nos singularis eorum devotionis exhiberent argumentum, simulque demonstrarent peculiarem affectum, quo ipsi prosequantur universum ordinem minorum sancti Francisci, illumque præsertim Conventualium nuncupatorum, cujus fratres duobus ab hinc sæculis in oppido prædicto commorati sunt, et nunc quoque commorantur, in congregatione habita die vi. præteriti mensis januarii, animo etiam ipsi perpentes, quod ex accepta cessione veteris ecclesiæ prædictæ eadem societas nil aliud sane peregerat, quam sibi non leve onus imponere, propriis sumptibus ecclesiam hujusmodi, ejusque sacra suppellectilia, una cum lampade accensa conservandi, et sacristam retinendi, quæ omnia simul sumpta annuam spectabilem quantitatem constituebant, itaut dicta societas tot oneribus pressa eodem decenti modo, quo reliquæ societates ejusdem oppidi in publicas processiones incedunt, apparere minime posset; ac indeclinabile pondus præsertim subsidiorum dotalium subire minime valeret.

Concessio facta ordini minorum s. Francisci, et ratio ipsius concessionis.

§. 3. Ideoque dicti confratres eandem veterem ecclesiam sanctissimæ Trinitatis in memorata congregatione, ut præfertur, habita cedere statuerunt eisdem fratribus conventus sancti Valentini ordinis minorum sancti Francisci Conventualium, his tamen sub conditionibus, videlicet, ut præfata societas nil aliud cessione intellexeretur, quam ecclesiæ hujusmodi muros tantum, pro se retentis omnibus redditibus ipsius societatis, ac præterea, ut transferenda esset ad memoratam novam ecclesiam, in qua dicta societas in posterum residebit, omnia sacra suppellectilia, et quæcumque onera missarum, jura, et actiones, quæ sibi ejusdem ecclesiæ veteris, vel alio quocumque titulo competere possent, reservata ei quoque una ex campanis in dicta ecclesia veteri existente, et in loco eidem bene viso ponenda; declaratione addita, quod concessio hujusmodi nec posset, nec deberet præjudicium inferre juri subjectionis ipsius ecclesiæ veteris, quod in ea, ut præmittitur, obtinent archipresbyter, et canonici prædicti, super quo, et super aliis juribus, quæ ipsis competere possent, illæ capitula, illæque conventiones inter eos, ac fratres

Leges concessionis.

conventus hujusmodi ineundæ essent, quæ tam parochialibus, quam aliis juribus præjudicium minime inferreat, ac quoties ipsi inter se quoad hæc minime convenirent, ejusdem ecclesiæ veteris concessio pro nulla haberetur.

Ulteriores declarationes onerum impositorum.

§. 4. Itidem declaratum fuit, ut cappellanus transferendus esset ad novam ecclesiam parochialem cum omnibus illis oneribus, quæ de præsentibus habet, et quemadmodum superioris auctoritas præscripsisset; excepto tamen dilecto filio Dominico Spinelli moderno cappellano hujusmodi, cui libertatem suo arbitrio in dicta ecclesia permanendi, suumque officium ibidem exercendi memorati confratres tribuerunt.

Preces portæ pro confirmatione concessionis.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ex conditionibus in dicta cessione, ut præfertur, adjectis, vel lites postmodum, et controversiæ orituræ sint, vel ejusdem ecclesiæ veteris decus diminutum reddatur, hinc dicti exponentes præfatam cessionem ecclesiæ hujusmodi ab ipsa confraternitate, ut præmittitur factam, temperatis tamen ad perpetuam tranquillitatem, ac pacem assequendam, nec non ejusdem ecclesiæ decus conservandum, conditionibus prædictis, per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 6. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte iucurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memorati instrumenti, nec non cessionis a dicta societate, ut præfertur, initæ una cum conditionibus in ea contentis tenores præsentibus pro plene, et sufficienter, et de verbo ad verbum expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatam cessionem ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis veteris nuncupatæ oppidi Podii Mirteti a dicta societate in congregatione, ut præfertur, habita die sexta præteriti mensis januarii favore eorundem exponentium factam, juxta tamen sequentes Nostras declarationes, et dispositiones auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et

approbamus, eique perpetuæ apostolicæ firmitatis robar adiicimus, et omnes, ac singulos juris, et facti, atque solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 7. Ne itaque ulla in posterum oriri possit lis, et controversia per eadem præsentibus volumus, et declaramus, quod cum societas quoque sub invocatione ssmi Rosarii dudum jam canonice, sicuti asseritur, in dicta ecclesia veteri erecta fuerit, onusque habeat recitandi nonnullis diebus intra hebdomada, ac etiam quotidie Rosarium B. M. Virginis, hinc, ut hujusmodi cultus, et erga eandem beatam Virginem devotio perpetuo maneat, et conservetur, facultatem eisdem fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium quotaanis dominica prima octobris peragendi, ut moris est, publicam processionem, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Declarationes salutes pro eliminandis libus.

§. 8. Ac præterea, ut decus quoque cappellæ ssmi Rosarii in eadem ecclesia veteri existentis sartum tectamque permaneat, omnia onera missarum addicta eidem cappellæ, seu altari, ibidem adimplenda quoque in futurum semper esse statuimus, atque decernimus; nec non ad majorem publicam totius populi commoditatem campanæ, omnes nunc existentes in turri campanaria dictæ ecclesiæ veteris, ne ab ea ullo unquam tempore amoveri possint, pari auctoritate, et tenore prohibemus, et interdicimus. Secuto vero obitu memorati Dominici moderni cappellani prædictæ ecclesiæ veteris (reservato jure nominandi ejus successorem iis, ad quos legitime spectat) omnia onera missarum una cum redditibus, ac privilegiis, quibus ipse Dominicus nunc fruitur, potitur, et gaudet, in memoratos fratres ordinis minorum conventualium transire debere itidem statuimus, et declaramus, atque insuper volumus, ut alia etiam onera missarum, seu cappellaniæ relictæ in memorata ecclesia veteri ssmæ Trinitatis ibidem quoque futuris temporibus in ejusdem ecclesiæ decus omnino permaneant; salvo tamen iis, ad quos pariter legitime spectat, jure pro celebratione missarum, sive ad cappellanas hujusmodi nominandi cappellanos sibi benevolos etiam ex fratribus ordinis, et conventus prædictorum. Ne autem successu temporum ullum unquam oriri possit dubium, tam quoad jus tumulan-

Consultur decori cappellæ ss. Rosarii existentis in veteri ecclesia.

di, seu sepeliendi cadavera defunctorum, quam quoad alia jura, quæ in præfata ecclesia ssimæ Trinitatis nunc obtinet memoratus archipresbyter, statuimus, et mandamus, ut omnia jura, quibus fratres prædicti in eorum ecclesia sancti Valentini nunc utuntur, potiuntur, et gaudent, pari forma, et absque ulla prorsus differentia in ecclesia quoque veteri ssimæ Trinitatis perpetuo uti, frui, potiri, et gaudere libere, ac licite ipsi possint, et valeant.

Conditiones, et onera quibus subesse debent confratres ss. Rosarii, quoties ad novam ecclesiam transire velint.

§. 9. Quod si prædicti confratres confraternitatis sanctissimi Sacramenti a prædicta veteri ecclesia ab eis, ut præfertur, eisdem fratribus cessa, ad aliam ecclesiam novam communiter nuncupatam transire velint, id utique facere possint, secum transferendo id totum, quod in sola proprietate ad eandem confraternitatem pertinet, non autem cætera, quæ propria sunt ecclesie veteris prædictæ. Verum quia admodum conveniens, quinimo, et necessarium videtur, quod ipsi fratres, qui eidem ecclesie veteri sanctissimæ Trinitatis, ut præfertur, eis cessæ inserviunt, ejusque onera adimplere, ac processiones sancti Antonii, et sancti Josephi a Cupertino, aliasque ecclesiasticas functiones juxta proprii ordinis usus, et consuetudines peragere debent, aliquod habeant ei proximum cœnobium, in quo ipsi commorantes onera quoque missarum adjecta ecclesie eorum convenus sancti Valentini adimplere valeant; hinc auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus, ut missæ omnes, sive ad altare sanctissimi Rosarii, sive ad altare sanctissimi Sacramenti in dicta ecclesia veteri sanctissimæ Trinitatis celebratæ suffragentur, et suffragari debeant, ac habeantur, perinde ac si in quocumque ex præscriptis altaribus dictæ ecclesie sancti Valentini celebratæ fuissent, eosdem fratres, tam jure lignandi, et medicamina in eorum infirmitatibus assequendi, quam omnibus aliis juribus, privilegiis, gratiis, et concessionibus, quæ sibi a dilectis filiis communitate, et hominibus memorati oppidi usque ab initio eorum receptionis in territorio Podii Mirteti quomodolibet tributa, et elargita fuerunt, in eadem quoque ecclesia veteri sanctissimæ Trinitatis, ejusque hospitio, seu conventu frui, potiri, et gaudere omnino debere volumus, atque sancimus.

Clausulæ præservativæ, et salutares.

§. 10. Et juxta præmissas Nostras omnes declarationes, dispositiones, et ordinationes præfatum cessionem dictæ

Bull. Rom. Tom. IV.

ecclesie veteris sanctissimæ Trinitatis a memorata confraternitate eisdem fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium factam, ut præfertur, non obstantibus conditionibus in eadem cessione appositis, quibus per præsentem derogamus, accipiendam, intelligendam, ac semper perpetuis futuris temporibus exequendam esse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, jubemus, atque mandamus.

§. 11. Decernentes ipsas præsentem literas, et in eis contenta quæcumque, licet memorati archipresbyter, capitulum, et canonici, atque dicta confraternitas, et confratres ad ea vocati, citati, et auditi non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis vitio, ac nullitatis, alioque defectu impugnari, et retractari, seu in controversiam revocari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Exemptio literarum a vitio obreptionis, vel subreptionis.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non societatum hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub

Derogatio omnium in contrarium facientium.

annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 28,
aprilis 1778.
Anno IV.

CCXL.

Confirmatio, et renovatio prohibitionis alias a Clemente XI. factæ, ne quælibet persona sub pœna excommunicationis ingredi possit in monasterium monialium Carmelitarum civitatis sanctæ Fidei in Indiis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Expositio præ-
cum pro con-
sequenda revo-
catione ad ob-
servantiam con-
stitutionis Cle-
mentinæ.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ moniales ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo Excalceatæ nuncupatæ civitatis sanctæ Fidei de Bogota in Indiis occidentalibus, quod cum regularis earum vivendi ratio in eo potissimum versetur, ut a mundanis rebus alienæ in silentio vitam solitarie ipsæ ducant, neque puellæ educationis causa illarum monasterium ingrediantur; hinc alias anno nempe MDCCXIX. felicitis recollectionis Clemens pp. XI. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas ad preces tunc existentium monialium dicti monasterii sub certis tunc expressis pœnis prohibuit, ne quæcumque persona monasterium hujusmodi ingredi valeret, ac alias prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictarum literarum dispositio in desuetudinem abiisse nunc dignoscatur, ipsæ vero exponentes, ut clausura, et monasterii disciplina rigore observetur, et religiosi earum quieti consultum sit, omnisque distractionis præcidatur occasio, opportune a Nobis in præmissis opportune provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderant.

Confirmatur
constitutio, et
etiam novæ
adjiciuntur
causæ

§. 2. Nos piis earumdem exponentium votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, easque specialis favore gratiæ prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et

pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas prædicti Clementis prædecessoris literas prohibitionem hujusmodi continentes, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et innovamus, illisque apostolicæ firmitatis vim, robur, et efficaciam adjungimus, ac literas prædictas, et in eis contenta quæcumque adversus quemcumque non usum, seu desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam etiam forsitan publicam, ac notoriam, ac quantolibet tempore tolleratam in integrum, et pristinum statum restituimus, et plenarie reintegramus, illasque perpetuo inviolabiliter, et inconcusse observari præcipimus, et mandamus, et quatenus opus sit, ne de cætero absque speciali Sedis apostolicæ facultate ulla persona cujusvis status, gradus, ætatis, et conditionis monasterium prædictum sub quovis prætextu, quæsito colore, occasione, et causa etiam educationis, et expectandi tempus suscipiendi habitum regularem, neque quisquam quavis superioritate, officio, aut dignitate fungens, ullam personam etiam ex nobili sanguine procreatam, sive conjugatam, sive inuptam in monasterium hujusmodi introducere, seu, ut introducatur permittere audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendæ pœna, a qua nemo absolutionis beneficium, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus, obtinere queat, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ dictus Clemens prædecessor in suis literis præfatis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud san-

Sanctio pœnalis.

Derogatio contrariorum.

ctam Marianæ majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 28.
aprilis 1773.
Anno IV.

CCXLI.

Erectio provincie Lusitanæ ordinis Beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo fratrum Discalceatorum nuncupatorum in novam congregationem Lusitanam nuncupandam.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **P**aterna Sedis apostolicæ benignitas quieti, ac tranquillitati omnium Christifidelium, ac eorum præsertim, qui divinis obsequiis mancipati sunt, consulere satagit, et catholicorum principum id anhelantium votis libenter annuit, sicuti personarum, et locorum circumstantiis mature perpensis, in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio præcui.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatarium militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministrum plenipotentiarium Nobis expositum fuit, quod cum Lusitana provincia sancti Philippi nuncupata ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum quam maxime distet a conventu ejusdem ordinis in regno Castellæ novæ existente ubi generale capitulum celebrari solet, hinc, attenta nimia paupertate, quam fratres prædictæ provincie Lusitanæ profitentur, et colunt, eis fere impossibile redditur, sumptibus ejusdem provincie, non solum triennio quolibet quatuor suos fratres ad capitulum generale mittere, sed etiam unus ex eis penes præsulem generalem continuo alere, ac detinere. Hisque accedit, quod propter eandem locorum distantiam provincia hujusmodi non raro gravissima incommoda, una cum observantiæ regularis detrimento patiatur, dum ob arctissimam in rebus etiam minimis obedientiam frequentissime recurrere debet ad præsules superiores, ac definitorium gene-

rale longissime extra regnum Lusitanie existentes, pluriesque, experientia teste, evenit, quod omnia, quæ eis communicanda, seu patefacienda erant, minime communicata, seu patefacta fuerunt: ac præterea cum indoles, moresque diversarum nationum dissoni plane sint a Lusitana educatione, inde sequitur, quod ea, quæ ab extero regimine constituuntur, passim non modo inutilia, sed etiam toti provincie noxia evaserunt, maximasque insuper dissentiones producere solent.

§. 3. Præmissis itaque omnibus mature perpensis in comitiis dictæ provincie Lusitanæ nuperrime habitis in Lisbonensi cœnobio beatæ Mariæ virginis a Remediis nuncupatæ universi fratres in eo legitime congregati putarunt, ut pro justo, ac perfecto regimine tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsius provincie nimis necessaria esset illius separatio, ac omnimoda independentia erga externos præsules, quibus subjecta reperiebatur, hancque propterea separationem, una cum facultate condendi communi consilio eas leges, et constitutiones, quæ majorem primitivæ regulæ observantiam, ac Christi fidelium ædificationem, Deique gloriam respiciant, a nobis petendam esse dicti fratres in eisdem comitiis provincialibus congregati censuerunt. Cum autem dilecti filii moderni prior provincialis, ac definitores provinciales dictæ provincie humiliter Nobis supplicari fecerint, ut præfatam separationem, una cum facultate condendi leges, et constitutiones prædictas, de benignitate apostolica dignaremur; idque etiam ipse Josephus rex pro eximia, qua pollet, pietate, et singulari fratrum prædictorum quietis, ac tranquillitatis studio plurimum desideret.

Resolutio habita in comitiis generalibus provincie Lusitanæ.

§. 4. Nos ipsis ejusdem Josephi regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, et priorem, definitoresque prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati memoratam provinciam Lusitanam sancti Philippi nuncupatam ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, ejusque conventus, domos, et fratres a quacumque jurisdictione, subjectione, cor-

Exemptio a jurisdictione cuiuscumque exteriori superioris

rectione, obedientia, et visitatione cuiuscumque exteri superioris generalis dicti ordinis auctoritate apostolica tenore præsentium eximimus, et liberamus, eandemque provinciam sic exemptam, liberatam, sejunctam, et separatam in novam congregationem Lusitanam nuncupandam ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum auctoritate, et tenore prædictis erigimus, ac instituimus.

Facultas condendi leges, et constitutiones ad tramites sacrorum sanctorum, et conciliarum decretorum

§. 5. Præterea fratribus novæ congregationis Lusitanæ huiusmodi sic a Nobis per præsentem, ut præfertur, erectæ, atque institutæ facultatem iuxta regulares sui ordinis constitutiones apostolica auctoritate confirmatas sibi eligendi generalem, ac definitores, aliosque superiores generales, qui congregationem ipsam dirigere, atque gubernare possint, ac debeant, pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus; simulque eisdem fratribus potestatem pro recto gubernio, ac regimine novæ congregationis huiusmodi, communi consilio condendi eas leges, et constitutiones, quæ sacris canonibus et conciliorum decretis non adversentur, sed maiorem primitivæ regulæ observantiam, Christifidelium ædificationem, et Dei gloriam respiciant, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impartimur.

Præceptum de exhibendis legibus, et constitutionibus Sedi.

§. 6. Volumus autem, quod novæ leges, atque constitutiones huiusmodi Nobis, et apostolicæ Sedi exhibeantur, ut stabili inde apostolica approbatione possint confirmari.

Clausula salutare.

§. 7. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et dictæ Sedis nuncios iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provincie huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque

indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam maiorem sub annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo, septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLII.

Dat. die 8. maii 1773. Anno IV.

Confirmatio suppressionis confraternitatis sanctæ Catharinæ Castri sancti Petri Bononiensis diocesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Nostri Vincentii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præbyteri cardinalis Malvetii nuncupati metropolitanæ ecclesiæ Bononiensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis expositum Nobis fuit, quod dudum in Castro sancti Petri Bononiensis diocesis jam erecta reperiebatur confraternitas sub titulo, seu invocatione sanctæ Catharinæ, cuius confratres Deo inservientes plura pietatis, et charitatis opera antiquitus exercebant, dotalia subsidia usque ad quantitatem librarum circiter quinquaginta pauperibus puellis distribuendo, ac copiosas elemosynas dando, ac præter medicamenta, quæ ægrotis indigentibus ipsi suppeditabant, opem, auxiliumque hospitali peregrinorum præbere solebant.

Vetus agendi methodus confraternitatis laudatur.

§. 2. Progressu tamen temporis diversimode se res habuit, non solum enim bona dictæ confraternitatis haud recte administrata fuerant, ac in eo statu reperiuntur, ut pro illis reparandis, restaurandisque necessaria sit quantitas

Quomodo a piis operibus nuperime confratres defecerint, memoratur.

librarum circiter quatuor millium; sed etiam minime rectus fuit usus reddituum ejusdem confraternitatis; quippe quia illius confratres quantitatem subsidiorum dotalium tenuissimam sane reddiderunt, eam præterea inter consores tantum confraternitatis hujusmodi distribuendo, suspensisque eleemosynis, aliisque pictatis operibus, redditus ipsius confraternitatis ipsi, vel inter se diviserunt, vel consumpserunt in lites, ex quibus odia intestina, atque civiles dissectiones inter loci hujus familias exorta fuerunt.

Justam in de
surrexisse cau-
sam suppressio-
nis constitui-
tur.

§. 3. Ut igitur his malis omnibus remedium aliquod adhiberetur, idem Vincentius cardinalis, et archiepiscopus eximia, qua pollet vigilantia, ac præcipuo pacis, et tranquillitatis studio, non semel, sed bis hac de causa ejus vicarium generalem illuc expedire curavit, deinde occasione pastoralis visitationis ad dictum Castrum sancti Petri se contulit, et posteaquam certe agnovit, et inspexit, quod mala, et inordinationes, in quibus confraternitas ipsa versabatur, nequaquam reparari poterant, re prius serio, ac mature discussa, et enucleata, de suorum convisitatorum consilio, ac bonis omnibus plaudentibus, die deinde nona februarii MDCCLXXII. decretum edidit, quo confraternitatem prædictam suppressit, atque extinxit, ejusque bona, jura, et actiones transtulit, et applicavit hospitali infirmorum nuncupato sancti Francisci de Charitate ejusdem Castri sancti Petri, una cum eorum honoribus, et oeribus, ac alias prout in dicto decreto, cujus tenor est qui sequitur nempe.

In Dei nomine amen.

die ix. februarii MDCCLXXII.

Tenor decreti
suppressionis
editi a cardina-
li archiepiscopo
Bononiensi.

§. 4. Eminentissimus, et reverendissimus dominus cardinalis Bononiæ archiepiscopus occasione suæ personæ pastorali novæ visitationis habitæ de ecclesia archipresbyterali Castri sancti Petri, et de locis piis sub illa paræcia existentibus relate ad confraternitatem sanctæ Catharinæ virginis, et martyris in dicto Castro, et sub illa paræcia existente, sequens fecit decretum videlicet.

1.º Ex justis causis moventibus animam eminentiæ suæ reverendissimæ, eadem eminentia sua reverendissima decrevit omnimodam suppressionem istius confraternitatis, ita ut ab hodierna die sit, et reputari debeat om-

nino extincta; ad quem effectum mandat domino archipresbytero Castri sancti Petri, ut tanquam executor istius decreti, et cum ordinibus eidem per dominum ejus vicarium generalem de mandato eminentiæ suæ reverendissimæ expediendis, transportare faciat omnes libros, scripturas, et documenta quovis modo ad dictam modo suppressam confraternitatem pertinentia, ad acta notarii sacræ visitationis in iisdem actis asservanda; utensilia vero sacra, mobilia, et alia suppellectilia cc., quæ commode asportari poterunt ad civitatem Bononiæ voluit per dictum dominum archipresbyterum quo citius fieri possit, transferri facere, et per ipsum consignari domino cancellario dictæ sacræ visitationis ad effectum, ut ea vendantur, summaque retrahenda erogetur ad commodum infrascripti hospitalis etc. quo vero ad usum ecclesiæ dictæ confraternitatis modo suppressæ, oratorium eidem adnexum, aliaque, si quæ sint adjacentia eminentia sua reverendissima reservavit sibi omnimodam facultatem de illis disponendi juxta ejus mentem, et placitum.

§. 5. 2.º Alia vero bona stabilia cujuscumque generis, vel quæ stabilibus æquiparantur, itemque alii effectus fortasse non comprehensi in superiori decreto, juraque, actiones tam activas, quam passivas eadem eminentia sua transtulit, et applicavit hospitali infirmorum nuncupato sancti Francisci de Charitate ejusdem Castri sancti Petri, cum omnibus, oneribus, piisque dispositionibus, legatis etc. quibus fortasse subjecta erant bona prædicta ex quavis dispositione juris, vel hominis, reservavitque sibi eminentiæ suæ reverendissimæ facultatem præscribendi, et demandandi methodum quoad œconomiam dictorum honorum, quoad personas, et numerum præsentium eidem hospitali, et alia omnia, quæ concernere possint tum plenariam executionem istorum decretorum, cum alias quascumque ordinationes, quas in futurum, quoad hoc eminentia sua reverendissima opportunas arbitrabitur.

Incorporatio
honorum favo-
re hospitalis
infirmorum s.
Francisci de
Charitate.

De mandato eminentiæ suæ reverendissimæ Joannes Baptista Palmieri sacræ pastoralis visitationis cancellarius etc.

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmiter decretum hujusmodi subsistat, et servetur exactius, unaque simul inter ipsius Castri cives pax, et tranquillitas perpetuo maneat, et augeatur, ac præterea

Preces porre-
ctæ pro con-
firmatione de-
creti suppressio-
nis, et as-
signationis ho-
norum.

necessitatibus dicti hospitalis infirmorum jugiter sit consultum, idem Vincentius cardinalis, et archiepiscopus prædictum decretum editum, ut præfertur, occasione sacræ visitationis apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret.

Confirmatio
apostolica.

§. 7. Nos piis, ac laudabilibus memorati Vincentii cardinalis, et archiepiscopi votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ejusque pastorem sollicitudinem in præmissis plurimum collaudantes, auditis desuper opportunis informationibus, nec non serio perpensis juribus nomine dictæ confraternitatis, ejusque confratrum in illorum supplicibus libellis deductis, præinsertum decretum ab eodem cardinali, et archiepiscopo die ix. februarii MDCCLXXII. ut præfertur, editum, una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adieimus, perpetuumque silentium desuper imponimus, ac decretum hujusmodi semper observandum, et exequendum esse volumus, et mandamus.

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irritans

§. 8. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia pleuissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 9. Non obstantibus præmissis, et constitutionibus, ac ordinationibus apostolicis, nec non dictæ confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præ-

sentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIII.

Datum die 8.
mai 1773.
Anno IV.

Concessio facultatum pro translatione ecclesie patriarchalis Lisbonensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**lias Nos decori, atque utilitati congregationis canonicorum regularium sancti Augustini Portugallie consulere volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, novem monasteria ejusdem congregationis a frequentia populi dissita, in quibus plura jam adhibita remedia collapsam regularem observantiam restituere minime valuerant, suppressimus, atque extinximus, eorumque bona omnia stabilia, fructusque, redditus, ac proventus regio conventui de Mafra, in quo fratres ordinis minorum sancti Francisci sub reformatione sancti Petri de Alcantera tunc existebant, univimus, et applicavimus, ut ibidem, ac in aliis monasteriis, quæ majori numero canonicorum hujusmodi referta erant, nempe sancti Augustini de Serra e conspectu civitatis Portugallensis, sanctæ Crucis, et collegii Sapientie nuncupati, Colimbriensis, atque sancti Vincentii de Fora Lisbonensis, commodius ac utilius canonici prædicti regularem observantiam custodire posseat, et deberent; eundemque conventum de Mafra, accedente consensu carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugallie, et Algabiorum regis fidelissimi, prædictæ congregationis canonicorum regularium sancti Augustini concessimus, ac in monasterium ejusdem congregationis institutum.

Reformationes,
et suppressiones
nonnullarum congrega-
tionum canonicorum regula-
rium s. Augustini Portugallie.

§. 2. Præterea dilecto filio Nostro Joanni Sanctæ Romanæ Ecclesie presbytero cardinali Cosma de Cunha nuncupato metropolitanae ecclesie Elborensi

Mandatum tributum cardinali de Cunha ut de consensu regis omnia peragere, qua

necessaria putaret pro executione suppressionum, et reformationum prædictarum congregationum.

ex concessione, et dispensatione apostolica præsulī commisimus, ut omnia, et singula, quæ necessaria, et opportuna pro executione prædictorum judicasset, de consensu, et consilio eiusdem Josephi regis, faceret, atque decerneret, plenam ad id facultatem ipsi tribuendo, ac alias prout in Nostris literis die quarta julii MDCCLXXI. in simili forma Brevis expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Expositio status veteris patriarchalis ecclesie.

§. 3. Nuper autem pro parte ipsius Josephi regis Nobis exposuit dilectus filius Franciscus de Almeda, et Mendoza commendatarius militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem minister plenipotentiarius, quod, cum regia cappella, quæ jam pridem patriarchalis ecclesiæ usui destinata reperiebatur anno MDCCLXXV. propter terræ motus ruinam passa fuisset, atque vix numerabili impensa, ecclesia, domibusque patriarchalibus deinde constructis in loco vulgo nuncupato la Cotovia, omnia hæc a maximo incendio secuto anno MDCCLXVIII. consumpta remansissent, et quamvis officitura ecclesiæ patriarchalis prædictæ ad non adhuc perfectam ecclesiam monasterii ordinis sancti Benedicti de Salute nuncupati postmodum translata fuisset, magnoque sumptu, extractis ibidem iis omnibus, quæ commoditati patriarchalis ecclesiæ, suorumque principalium, ac ministrorum necessaria dignoscebantur, tamen cuncta hæc majus, atque vorax incendium superventum anno MDCCLXXI itidem consumpsisset.

Designatio loci pro nova ecclesia patriarchali facta a Josepho rege, in altera ex ecclesiis monasterii.

§. 4. Hinc idem Josephus rex post tot, tantasque vicissitudines hujusmodi, pie, prudenterque patavit, unum seligendum, et constituendum esse locum pro patriarchali ecclesia prædicta non solum magnificentia præstantem, sed ab jam passis periculis magis tutum, neque ad id aptiorem, et opportuniorē adinvenire potuit, quam ecclesiam dicti monasterii sancti Vincentii de Fora præfate congregationis canonicorum regularium sancti Augustini, quod, sicut eadem expositio subiungebat, regis erat foundationis, et dotationis, ac juris patronatus cum singulari prærogativa regis cameræ nuncupatæ, atque ad ecclesiam, et monasterium hujusmodi patriarchalem, suoque principales, et ministros transferendos esse duxit.

Bull. Rom. Tom. IV.

§. 5. Verum, quia memoratus Joannes cardinalis, et executor in prædictis literis a Nobis, ut præfertur, deputatus agnovit, quod mantentioni canonicorum regularium monasterii de Mafra, et conservationi collegii studiorum in maximam eorundem canonicorum utilitatem ibidem regia voluntate erecti, satis minime erant redditus adhuc extantes monasteriorum suppressorum, et extinctorum ipsius congregationis, ac totum id, quod usque nunc perceptum fuit ex alienatione eorum honorum, quæ propter distantiam a Mafra nullos reddebant fructus, quinimo sumptus exquirebant; quodque præterea inspecta ædificii monasterii hujusmodi magnificentia, et collegii prædicti necessitate, minime sufficiens apparebat præsens, ac tenuis numerus septuaginta canonicorum regularium, non quidem in una, ac florenti ætate constitutorum; quippe quia, ut provisum sit obligationibus, maneribus, et officiis communitatis hujusmodi, vix centum regulares satis esse videantur; et denique, quod, attenta distantia prædicti monasterii de Mafra, non alia sane qualitas reddituum monasteriorum suppressorum illius usui opportuna dignoscebatur, nisi censuum, contributionum, aliarumque certarum responsionum, itaut non solum deficiat commoditas illa admodum necessaria œconomicæ administrationi communitatis ex magno personarum numero constitutæ, fructuum nempe, aliarumque rerum, quæ ex propriis, et proximis bonis percipiuntur, sed etiam adhuc desideretur una domus, ad quam canonici prædicti in eorum, et collegialium levamen quandoque animi recreandi causa se valeant transferre.

Exceptiones propositæ ab executeore literarum apostolicarum.

§. 6. Ut igitur necessitatibus tam patriarchalis ecclesiæ prædictæ, quam monasterii de Mafra hujusmodi una simul prospiciatur, idem Josephus rex præfate patriarchali ecclesiæ dictum monasterium sancti Vincentii de Fora donare intendit; ita tamen, ut solum eidem monasterio sancti Vincentii consultum sit, sed etiam augeatur patrimonium, quo indiget aliud monasterium de Mafra, quo circa illi uniantur villæ, proventus, redditus, ac jura monasterii sancti Vincentii de Fora prædicti, quæ necessaria judicabantur mantentioni, et conservationi fabricæ, et memoratæ domus, ac una pariter simul canonici regulares nunc commorantes in monasterio sancti Vincentii hujusmodi, aliisque suppressis ad illud Mafre, aut ad aliud nunc quoque exi-

Consilium initum a rege pro submovendis difficultatibus.

a a a

stens monasterium dictæ congregationis transferantur juxta modum declarandum ipsi Joanni cardinali, cui idem Josephus rex omnes facultates ad præmissa omnia necessarias per Nos concedi plurimum desiderat.

Facultas apostolica regim-partita procedendi ad nutum, et prout melius ad rem expedire putaverit.

§. 7. Nos igitur ipsius Josephi regis votis decus domus Dei, et utilitatem, commoditatemque ejus ministrorum respicientibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eidem Joanni cardinali plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem, et potestatem quæcumque omnia, et singula respicientia tam patriarchalis ecclesiæ prædictæ translationem, quam eorundem monasteriorum statum, et honorum applicationem, ac alia, quæ juxta datam sibi a Domino prudentiam in præmissis omnibus, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna esse judicaverit, etiamsi in præsentibus expressa minime sint, de consilio, et assensu ipsius Josephi regis mandandi, faciendi, decernendi, et exequendi, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulis salutaribus concessio roboratur, dempta cuiusvis iudicii aliter iudicandi potestate.

§. 8. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non patriarchalis ecclesiæ, et monasteriorum, ac congregationis huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad ver-

bum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anulo piscatoris die octava maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quarto.

CCXLIV.

Datum die 13. maji 1773. Anno 1V.

Prohibitio extrahendi, et commodandi paramenta confraternitatis ss̄mi Sacramenti Castri s. Heraclii diocesis Fulginatensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**onservationi, et manutentioni paramentorum, et ornamentorum confraternitatis ss̄mi Eucharistiæ sacramenti in ecclesia sancti Marci castri sancti Heraclii Fulginatensis diocesis canonice, ut asseritur, institutæ quantum cum Domino possumus benigne consulere, ac dilectos filios officiales, et confratres dictæ confraternitatis specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis auctoritate, vel superioritate, aut officio fungens, vasa, calices, candelabra, cruces, aliaque paramenta, et ornamenta, ac suppellectilia sacra quæcumque, tam ex auro, vel argento, quam ex alia quacumque alia materia confecta per quoscumque christifideles eidem confraternitati hactenus donata, ac pro ornatu ejusdem ecclesiæ emptæ, ac in posterum donanda, ac emenda ex huiusmodi ecclesia, et illius sacristia extrahere, et asportare, seu, ut commodentur, et asportentur, permittere, aut consentire, sub quovis prætextu, aut quæsito colore, causa, ingenio, ratione, vel occasione audeat, seu præsumat, sub

Ratio prohibitionis, et pœna adversus contrafacientes irrogata.

excommunicationis latae sententiae, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, praeterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, poena per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, auctoritate apostolica, tenore praesentium interdiciamus, et prohibemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

De exemplari prohibitionis ad valvas ecclesiae servanda.

§. 3. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis exemplum in valvis dictae ecclesiae, vel illius sacristiae, aut in aliquo conspicuo loco, ut ab omnibus cerni, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 15. maji 1773. Anno IV.

CCXLV.

Prohibitio sub poena excommunicationis Sedi apostolicae reservatae ne scripturae extrahantur ex archivio ecclesiae sancti Martini Portugallensis civitatis, vel diocesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii capitulum, et canonici insignis, (ut asseritur) collegiatae ecclesiae sancti Martini de Cedofeita vulgo nuncupatae Portugallensis civitatis, vel diocesis ipsi archivium habeant, in quo monumenta, scripturae, aut tituli ad eandem collegiatam ecclesiam pertinentes asservantur, nonnulla vero ex monumentis, scripturis, seu titulis hujusmodi a diversis personis modo in occulto detineantur.

Ratio, et tenor prohibitionis.

§. 2. Idcirco Nos conservationi, et manutentioni monumentorum, scripturarum, seu titulorum dicti archivii quantum cum Domino possumus benigne consulere, ipsosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si

Bull. Rom. Tom. IV.

quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinanti, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate fungentibus, et functoris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, praeminentiae, et dignitatis aunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore monumenta, scripturas, aut titulos ex archivio hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, aut consentire audeant quovis modo, vel praesumant sub excommunicationis latae sententiae, a qua nemo absolutionis beneficium, praeterquam a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere auctoritate apostolica tenore praesentium interdiciamus, et prohibemus; ac praeterea in eandem excommunicationem omnes occupantes modo, seu occultantes monumenta, scripturas, seu titulos ad dictum archivium spectantes, quatenus illa infra duos menses a die habitae notitiae praesentium Nostrarum literarum computandos ad praefatum archivium non reliquerint, incurrisse auctoritate, et tenore praedictis declaramus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis, et declarationis exemplum, in valvis dicti archivii, aut in aliquo alio conspicuo loco, ut ab omnibus cerni, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Praeceptum de servando prohibitionis exemplari ad valvas archivii.

Datum die 15
maji 1773.
Anno IV.

CCXLVI.

Moderatio prohibitionis extrahendi libros ex archivio cathedralis ecclesie Astoricensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
cum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesie Astoricensis, quod alias Nos per quasdam in simili forma Brevis die xxi. novembris 1772 expeditas literas sub certis tunc expressis pœnis auctoritate apostolica prohibuimus, ne quisquam quavis superioritate, et auctoritate fungens, et functurus, ac cujusvis status, gradus, conditionis, præminentie, et dignitatis tunc, et pro tempore existens, ullo unquam tempore libros, monumenta, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta eidem archivio hactenus assignata, seu in posterum assignanda ex archivio hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquomodo auderet, seu præsumeret; ac alias prout in Nostris literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipsi exponentes compererint prohibitionem prædictam gravem animi molestiam eis afficere, attento quod non raro occurrat aliquem ex libris, quinternis, aliisve foliis dicti archivii ex eo asportari debere; propterea exponentes prædicti opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summo opere desiderant.

Tenor, et con-
ditiones con-
cessionis,

§. 2. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, exponentibus prædictis, ac pro tempore existentibus ejusdem capituli canonicis, ut libros, quinterna, folia, aliaque prædicta ex memorato archivio extrahere, et commodare, seu, ut asportentur, extrahantur, et commodentur permittere, ac consentire valeant

pari auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus; sed quoties hæc fieri contingat, toties in libro ad hoc destinato nomen, et cognomen personæ, seu personarum, quibus licentia hujusmodi fuerit concessa, nec non dies, mensis, et annus, ac libri, quinterna, aliaque similia extracta describantur, atque in eodem archivio, eorum usu finito reportentur, et reportentur sub eadem excommunicatione auctoritate, et tenore prædictis præcipimus, et mandamus.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in prædictis Nostris literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-
trariorum.

CCXLVII.

Erectio universitatis studiorum in civitate Monasteriensi.

Dat. die 27.
maji 1773.
Anno IV.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **C**hristianæ reipublicæ optime gerendæ quavis ætate plurimum semper contulisse publicas studiorum universitates, in quibus bonorum artium, ac scientiarum documenta ingenuæ juventuti traduntur, et concursus prudentium judicium, et jugis experientia rerum omnium magistra rem testatam faciunt. Per viros siquidem literarum scientia præditos, atque excultos procul arcentur tenebræ, fugantur caliginæ, quibus homines utpote originalis culpæ hæredes obteguntur, eliminantur errores, qui a literarum inscitia plerumque enati sacræ doctrinæ puritatem sæpe deturpant, et hominum moribus ad æquitatis, et justitiæ rationem conformatis tum privatæ, cum publicæ res omnes prudenter, utiliterque administrantur, proindeque Nos inter varias sollicitudines, quibus pro injuncto Nobis apostolico munere rite obeundo undique angimur, illam libenter amplectimur, per quam ubique locorum literarum studio vacare cupientibus, illarum addiscendarum occasio, et commoda opportunitas tribuatur.

Premium

Consilium susceptum exigendi, et dotandi publicum scientiarum, et bonarum artium gymnasium.

§. 2. Cum itaque venerabilis frater Maximilianus Fridericus Coloniensis archiepiscopus, et sacri romani imperii princeps elector, nec non ecclesie Monasteriensis perpetuus administrator apostolica auctoritate constitutus Nobis exponi fecerit jampridem Ferdinandum archiepiscopum, atque electorem Coloniensem, eundemque Monasteriensem episcoporum antecessorem suum in votis habuisse publicum scientiarum, bonarumque artium gymnasium in civitate Monasteriensi erigere Ferdinando secundo romano imperatore literis hac de re datis, illius consilia probante, sed neque tum ab ipso, neque postea ab aliis episcopis prædecessoribus suis, bellorum magnitudine pressis, et ab omnibus rebus imparatis tam utile, ac necessarium opus perfici potuisse; deesse item in eadem Monasteriensi civitate ecclesiasticum seminarium, in quo futuri Dei ministri, verbique dispensatores efformentur, ideo quam plures prærei familiaris angustia, atque ob scholarum penuriam ab optimarum artium, et severioris disciplinae studiis arceri: aliis vero, qui locupletes sunt, ac doctrinae acquirendæ causa e patria egrediuntur, quia Monasteriensi diœcesi circumadjacentia gymnasia acatholicorum sunt, gravissimum imminere periculum, ne ipsi iis laticibus veneficas aquas haurientes dum humanæ scientiæ acquisitioni navo cupidius incumbunt ab orthodoxæ religionis semita longius aberrent; unum propterea adversus tot mala, et incommoda comparari posse præsidium, si in ipsa Monasteriensi civitate publicum scientiarum, et artium lyceum cunctis pateret, atque ad præscriptum concilii Tridentini seminarium clericorum sæcularium institueretur.

§. 3. Hisce tamen adeo utilibus, quin imo religiosis inchoandis, dotandisque operibus ea omnia deesse media, ex quibus necessarios sumptus maxime per idem concilium, apostolicasque sanctiones educi posse permittitur. Etenim nec ab ecclesiasticorum unione beneficiorum, quæ jampridem ad alias pias causas tracta fuere, nec a Monasteriensi clero, nec ab ipsa episcopali mensa ob recentes adhuc bellorum calamitates vexatis, et ingenti ære alieno etiam nunc obrutis, quidquam auxilii in præsens expectari potest.

§. 4. Cum autem prout eadem expositio subiungebat in ipsa civitate Monasteriensi quoddam extet monasterium monialium beatæ Mariæ virginis Transaquas nuncupatum ordinis sancti Be-

nedicti congregationis Bursfeldensis, in quo tametsi per apostolicas literas in forma Brevis felicitis recordationis Clementis pp. XIII, prædecessoris Nostri sub annulo piscatoris die 21. aprilis anni Domini MDCCLXVI. expeditas permissum fuerit, ut in illud puellæ etiam non nobiles admitti, et recipi possent, nihilominus quinque tantum moniales numerentur choro, divinisque officiis addictæ, conversis, et inservientibus nequaquam comprehensis; quæ vero moniales chorales sunt religionis muneribus, et accurate juxta peculiare earum institutum disciplinae servandæ ob illarum paucitatem nequaquam pares reputantur. Ex hujus itaque monasterii bonis, ac redditibus, et ex adeptione pariter aliorum proventuum, quos in posterum acquiri possent idem Maximilianus Fridericus archiepiscopus, et administrator diu, multumque cogitavit, præmissis cleri, et populi totius indigentis occurrere. Verum ex hujus monasterii redditibus non utrumque, sed seposita modo seminarii ecclesiastici fundatione, publicas tantummodo instituere scholas sibi datum esse arbitratus fuit; ideo prædecessoris Nostri Clementis papæ XIII., et deinde Nostri operem, ac necessariam auctoritatem imploravit.

§. 5. Nos igitur animo reputantes in primis, quantum catholicæ religioni, et apostolicæ Sedi intersit civitatem, totamque diœcesim Monasteriensem civium nobilitate, hominum frequentia, ecclesiarum numero, locorum amplitudine, aliisque nominibus conspicuam in orthodoxæ fidei veritate, puritate, atque integritate sartam, tectamque servare. Et quo ejus incolis graviora a finitimis hæterodoxorum gymnasiis pericula imminet, eo validius esse munidos ad sanam percipiendam doctrinam. Opportunis propterea informationibus habitis a venerabili etiam fratre Nostro Joanne Baptista archiepiscopo Iconiensi Nostro, et apostolicæ Sedis ad Tractum Rheini nuntio, et auditis quoque venerabilibus fratribus Nostri Paderbonensi, et Hildesimensi episcopis, quoniam ex dicti monasterii suppressione, ejnsque bonorum proventu sufficientes adhuc non suppetunt redditus, ut una cum universitate studiorum peculiare etiam ecclesiasticum seminarium, in quo alumni alantur; erigi possit, tametsi alteram altero potiorrem minime esse ducimus, ne tamen dum seminarii erectio necessario differatur, utroque præsidio juventutem Mo-

et consilium susceptum supprimendi monasterium, et convertendi bona pro dotatione gymnasii.

Suppressio prædicti monasterii.

Difficultates quæ pii operis executionem remorantur.

Providentiæ eapta a Clemente XIII. favore monasterii monialium B.M.V. Transaquas nuncupati

nasteriensem diutius carere contingat, valde solliciti, ac de summa ejusdem Maximiliani Friderici archiepiscopi, et administratoris diligentia confisi, quem minime dubitamus strenue curaturum, ut quo celerius fieri poterit, seminarium ecclesiasticum quoque in prædicta Monasteriensi civitate erigatur, atque instituat prout ipse Nobis recepit, et confirmavit; ideo supplicationibus dicti Maximiliani Friderici archiepiscopi, et administratoris, ac dilectorum etiam filiorum capituli, et canonicorum Monasteriensis ecclesie, ac totius ordinis equestris nobilium Westphalie, quantum in Domino possumus, annuere, et secundare volentes juxta decretum, et relationem dilecti filii Petri Mariæ Nigroni congregationis rebus consistorialibus præpositæ a secretis sub die xviii. decurrentis mensis a Nobis peractura, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ac etiam motu Nostro proprio idem monasterium beatæ Mariæ virginis Transaquas nuncupatum dictæ congregationis, in quo, ut præfertur, præter conversas, et deservientes nonnisi quinque moniales choralis ad præsens degunt, ac diversantur; nec non ipsius monasterii officia, munera, gradus, et titulos, et prærogativas etiam a prædecessoribus Nostri romani pontificibus per quasvis literas apostolicas quomodolibet concessas, ita ut deinceps monasterium illud monialium minime existat, nec ulla ex ipsis quinque monialibus in eodem monasterio gradus, officia, munera, ac titulos obtinere, ac retinere possint penitus, et omnino perpetuis futuris temporibus ipsarum vigore præsentium suppressimus, et extinguiimus.

§. 6. Et quia per monasterii prædicti extinctionem nihil de earundem monialium tam choralium, quam conversarum, et deservientium ibidem professorum disciplina, ac susceptis regularibus obligationibus remissum, vel imminutum fore intendimus, ut illæ in eadem vocatione manere, eamque cumulate, et accurate servare valeant, omnibus, ac singulis prædictis monialibus tam choralibus, quam conversis, et deservientibus, expresse tamen professis, quod infra temporis spatium per infra scriptum præsentium exequutorem præfiniendum a monasterio, ut præfertur, suppresso conjunctim, vel seorsim recedere, proprioque servitio addictam, et necessariam dumtaxat suppellectilem, ac mobilia, non tamen sacra, neque

ecclesie utensilia asportare, atque comitatæ a personis ab eodem exequutore deputandis, recto tramite ad aliud, seu alia claustralia sacrarum virginum monasteria ejusdem ordinis sancti Benedicti congregationis Bursfeldensis in eadem Monasteriensi civitate, vel alibi sita se se conferre possint, et valeant, ita tamen, ut prædictæ moniales non antea e monasterio Transaquensi migrare debeant, quam ab eodem Maximiliano Friderico, et exequutore præsentis, illarum in aliis ejusdem congregationis Bursfeldensis monasteriis receptionem ratam, gratam cessuram fore, opportunis ad id præmissis diligentis, studiisque adhibitis, compertum fuerit, ibique omnibus, et singulis privilegiis, præminentis, nec non activa, et passiva voce non secus, ac aliæ inibi professæ moniales uti, frui, potiri, et gaudere debeant etiam vigore præsentium licentiam, et omnimodam facultatem concedimus, et impertimur. Nos enim cunctis ac singulis monialibus, et abbatissis monasteriorum, ad quæ moniales primodictæ translata erunt in virtute sanctæ obedientie districtè præcipimus, et jubemus, ut illas vitæ electione, ac morum integritate nequaquam degeneres comiter, atque benigne excipiant, eodemque cultu habeant ac si in ipsis monasteriis professæ fuissent. Cæterum cum nuper existens suppressi monasterii abbatissa, ac reliquæ illius moniales omni administratione honorum, reddituum, proventuum, ac jurium illius monasterii carere debeant, non ideo illam, aut illas ad redditionem rationis peractæ administrationis teneri intendimus; quin imo eas ab onere hujusmodi eximimus, et liberamus. Quo vero ad nuper existentem suppressi monasterii abbatissam, quamvis illa sui muneris exercitio in posterum carere debeat, nihilominus præsentium literarum Nostrarum exequutori prædicto serio injungimus, ut ipse nuper existenti abbatissæ aliquam honoris prærogativam, vel titulum, vel exemptionem absque alicujus præjudicio tribuat, illamque ab aliis ei impertita prærogativa, vel titulo, aut exemptione prosequi curet. Ut autem ipsarum monialium choralium, et conversarum, ac deservientium expresse tamen professorum cibariis, vestibus, aliisque vitæ necessitatibus prompte, atque commode sit consultum præcipimus, et mandamus. Exequutori earundem præsentium, ut ipse œconomus, seu administratori honorum suppressi monasterii

Consultur monialibus choralibus, et conversis, e suppresso monasterio educendis.

monialium, quem deputabit, onus imponat ex dictorum bonorum fructibus solvendi annis singulis in numerata pecunia summam, quæ commodæ atque decenti illarum sustentationi sufficiat juxta personarum numerum regularis instituti sobrietatem, et locorum consuetudinem, quæ quidem solutio quater in anno quatuor æqualibus portionibus anticipate præstari debet, eaque summa juxta prudens dicti exequutoris arbitrium congrua servata proportione inter moniales chorales, ac conversas, et deservientes expresse tamen professas distribuatur. Cum vero contigerit ex monialibus, et conversis, ac deservientibus quam, seu plures naturæ cedere, non ideo portiones defunctarum superstitibus monialibus, sed eas, ut infra, impendi volumus, et statuimus.

§. 7. Hisce peractis ut in illis præsertim regionibus, ubi orthodoxæ religionis cultus maxime est imminutus, sanaque doctrina per multis errorum tenebris obscurari solet, cuilibet personarum ordini publicum pateat sub catholicis, probatisque antecessoribus scientiarum omnium, et artium lyceum ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, ac ipsius catholicæ militantis Ecclesiæ exaltationem, ac commune bonum, præcipueque Monasteriensis civitatis, et diocesis in aedibus monasterii Trausaquensis a Nobis, ut præfertur, suppressi, seu alio apto, ac opportuno ædificio per dictum Maximilianum Fridericum archiepiscopum, et administratorem designando, et forsau ampliori forma, constituendo unam publicam studiorum, et scientiarum generalem universitatem, in qua illius professores, et antecessores, nec non lectores, et magistri rethoricam, philosophiam, theologiam, scholasticam, et moralem, ac etiam dogmaticam, et positivam, sacram scripturam, sacrosque canones, et ipsum jus civile, itemque linguas orientales, ac jus naturale gentium, et publicum, historiam pariter ecclesiasticam, et prophanam, facultatem quoque medicam doceant, aliarumque scientiarum, et artium studia profiteantur, ea tamen lege, ut quæ stipendia lectoribus, sive præceptoribus de capitulo cathedralis Monasteriensis arca constituta sunt, in posterum suppeditentur. Qui omnes ultra annuam præstationem eis constitutam nullo alio prætenso, aut recepto stipendio juvenes quoscumque confluentes, scholasque frequentantes doceant, apostolica auctoritate ipsarum præsentium tenore, sine tamen alicujus præ-

judicio in perpetuum erigimus, et instituimus.

§. 8. Ipsamque universitatem, ut præfertur, erectam, et institutam curæ, regimini, et administrationi dicti Maximiliani Friderici archiepiscopi, et administratoris, ac pro tempore existentis episcopi Monasteriensis eadem auctoritate etiam perpetuo subponimus, atque subiicimus.

§. 9. Ac eidem universitati, illiusque pro tempore existentibus præsidi, seu rectori, ac professoribus, antecessoribus, lectoribus, magistris, ac præceptoribus, et aliis quibuslibet pro ejus regimine, et administratione quando-cumque deputandis, nec non scholaribus, aliisque personis ei quoquomodo addictis, ut omnibus, et quibuscumque privilegiis, indultis, libertatibus, favoribus, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prærogativis, honoribus, et præminentis, aliisque similibus, et celebribus publicis studiorum generalium universitatibus, illarumque pro tempore existentibus præsidibus, rectoribus, antecessoribus, lectoribus, doctoribus, magistris, præceptoribus, scholasticis, procuratoribus, bidellis, nuntiis, officialibus, ministris; et aliis personis, illis respective addictis in genere, vel in specie quomodolibet concessis non solum ad eorum instar, sed uniformiter, et æque principaliter in omnibus, et per omnia uti, potiri, et gaudere. Atque insuper futuro, et pro tempore existenti universitatis, ut præfertur, erectæ præsidi, seu rectori, ut quoscumque ad illam accedentes, ac per tempus debitum ibidem studiis vacantes, si scientia, et moribus idoneos esse comperit in singulis facultatibus, quæ in dicta universitate, ut præfertur, erecta docebuntur ad baccalaureatus, et licentiaturæ, ac doctoratus et magisterii gradus, ac laureas, servatis tamen in omnibus Viennensis, et Tridentini conciliorum decretis, ac infrascripta felicis recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri dispositione juxta alias laudabiles quarumlibet publicarum universitatum consuetudines promovere, illisque sic promotis, ut post promotionem hujusmodi solita insignia deferre, et gestare, ac facultates, ad quas promoti fuerint, docere, et legere, ac interpretari, in iisque disputare, nec non quoscumque actus gradui, seu gradibus per eos receptis convenientes gerere, ac alias omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, et favoribus, prærogativis, et indultis, quibus alii in ce-

Erecta universitas curæ committitur archiepiscopi.

Indulta, privilegia, honores aliæque prærogativæ quibus donata est universitas, et persona quoquomodo eidem ad dicta.

Mandatum pro explenda erectione universitatis studiorum.

lebrioribus universitatibus juxta earum ritus, et mores ad gradus ipsos promoti de jure, vel consuetudine, ac alias utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, æque principaliter uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant ac etiam debeant, et teneantur eadem auctoritate harum quoque serie specificæ, et expresse respective concedimus, et indulgemus.

Requiritur ne alie universitates privilegia concessa subvertere præsumant.

§. 10. Præterea quibuscumque aliarum universitatum, seu scholarum publicarum moderatoribus, præsidibus, rectoribus, regentibus, antecessoribus, lectoribus, magistris, ac quibusvis aliis, ne universitatis per præsentem erectæ personas quaslibet quovis prætextu per se, vel alium, seu alios super libero juri hujusce Nostræ universitatis, et privilegiorum ei concessorum, ut præfertur, et illorum usu, ac exercitio impedire, vel molestare quoquomodo audeant, seu præsumant expresse interdiciamus, et prohibemus.

Deo universitatibus.

§. 11. In dotem vero universitatis, ut præfertur, erectæ præter id omne, quod certis conducendis lectoribus, seu præceptoribus de capitulo cathedralis Monasteriensis arca jam adsignatum, ut supra, constitutumque est, omnia et singula bona mobilia, immobilia, et semoventia, jura quoque, pertinentiæ, et proprietates ad suppressum monasterium Transaquense jam spectantia, et pertinentiæ, ita tamen, ut quæcumque onera ex quavis causa ante præsentem suppressionem super bonis hujusmodi infixæ, atque illud solvendi superextitibus monialibus choralibus, et conversis, ac deservedentibus expresse tamen professis præmissam annuam præstationem in ipsam universitatem translata in posterum sint, et esse censeantur, nec non bona ipsa hypothecæ subiecta habeantur pro eorundem onerum solutione, et satisfactione, nec ullæ unquam congregationi Bursfeldensi lites, et molestiæ inferantur, aut pericula imminere queant præsentium literarum vigore plenarie constitutum, et assignamus, atque illi applicamus, et appropriamus.

Archiepiscopus rector, et cancellarius constituitur, cum facultate condendi leges, et administrandi bona.

§. 12. Porro ipsum Maximilianum Fridericum archiepiscopum, et administratorem, ejusque in regimine Monasteriensis ecclesiæ pro tempore successores, ut ipsi prosperum, et felix ejusdem universitatis gubernium procurare valeant, aptiorique methodo literæ, et scientiæ omnes inibi docean-

tur, et catholicæ religionis præscribantur exercitia, rectores, et cancellarios perpetuos ejusdem futuræ universitatis nominamus, constituimus, et deputamus, ut ubi ipsi præesse non poterant, aliquem ex canonicis cathedralis ecclesiæ in eorum locum delegandi jus, et facultatem omnem tribuimus. Præterea quasvis leges, statuta, et ordinationes sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis conformes condere, et promulgare, ac pro temporis opportunitate immutare, aliæque de novo edere, atque adversus contravenientes penas condignas statuere. Pariter, ut ejusdem universitatis antecessores, lectores, magistros, ministros, bidellos, et alias quasvis personas ad munera obeunda respective idoneas deputare, et deputatas ad sui libitum amovere. Bona ipsidem, et jura, ut præfertur applicata administrare, ac recuperare, annua stipendia singulis ipsius universitatis personis assignare, ac portiones dictarum monialium decedentium obvenientes, vel in novarum cathedrarum dotationem, vel in stipendiorum augmentum impendere. Ac demum, omnia, et singula gerere, et exequi, quæ mente, et animo ad ipsius universitatis utilitatem, et splendorem, sanæque doctrinæ propagationem prospicere in Domino arbitratus fuerit, et a sapiente, ac longe in posterum prospiciente viro expectari queunt, plenariam, omnimodamque facultatem etiam ipsarum tenore præsentium tribuimus, concedimus, et impertimur.

§. 13. Inhærentes præterea providis ordinationibus, ac legibus, quas prædecessores Nostri, et præcipue felicitis recordationis Pius pp. IV. edita speciali constitutione incipiente = In sacrosancta = sub datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ MDLXIV. , idibus novembris, pontificatus sui anno quinto, solemniter promulgavit, eidem Maximiliano Friderico archiepiscopo, et administratori, ejusque futuris in regimine Monasteriensis ecclesiæ successoribus serio injungimus, quinimo apostolica auctoritate præcipimus, et mandamus, ut ipsi constitutioni prædictæ, quam ad hujusmodi effectum, una cum pœnis inibi inflictis expresse innovamus, debite obsequantur, et antequam hujusce universitatis præsidem, seu rectorem, cancellarium, antecessores, lectores, magistros, aliasque personas ad munera obeunda, aut ad publice, vel etiam privatim, quasvis scientias, facultates,

Quod electionem superiorum lectorum, aliorumque officiorum præcipitur observantia constitutionis Pii IV.

et artes docendum, et legendum recipiant, et admittant, ita pariter priusquam aliquem in ipsa universitate studentem, et scholarem, illamque frequentantem ad ullum gradum in eisdem scientiis, facultatibus, et artibus assequendum promoveri possint ab iis omnibus, et singulis personis coram se, aut eorum officiale in spiritualibus generali, prævio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super religione, fideque catholica singulorum rite præcepta ejusdem fidei catholicæ professionem juxta formæ in eadem constitutione præscriptæ tenorem conceptis palam, et solemniter profiteri teneantur, et insuper instrumentum publicum, ac de processu, et informatione, atque catholicæ fidei peracta professione in privilegio doctoratus, vel alterius gradus, specialis, ac de verbo ad verbum mentio, et relatio fieri debeat.

Præses, et rector constituuntur iudices privati in causis universitatis

§. 14. Denum ad asserenda ipsius universitatis jura, et personarum illi addictarum indemnitati consulendum, et ne illa ad iudicium alio non trahantur, ipsius universitatis præsidi, seu rectori omnem facultatem, et jurisdictionem tribuimus, et impertimur, ut ipse in causis, litibus, et actionibus quibuslibet civilibus, criminalibus, et mixtis etiam gravioribus, quæque a personis quantumvis privilegiatis in cancellarium, antecessores, lectores, magistros, biddellos, aut adversus studentes scholares, et personas dictæ universitati addictas intentandæ, et introducendæ forent, salvis tamen juribus Ordinarii in iis, quæ pertinent ad morum correctionem, iudex sit et arbitrer privativus, qui causas hujusmodi, lites, et actiones, una cum earum incidentibus, emergentibus, annexis, et connexis audiat, et cognoscat, ac de jurisperitorum sibi in assessores adscitorum consilio definitivam sententiam dicere, et pronuntiare, opportunaque mandata relaxare possit, et valeat, debeat, et teneatur. Et si forte in causis civilibus pars, quæ in iudicio succubuerit, appellationis beneficium experiri vellet, tunc provocatio ad tribunal tantum competat Monasteriensis episcopi, qui causam dirimere curaturus erit. In causis vero criminalibus, si, quod absit, aliquis vel capitali, vel corporali supplicio plectendus criminis reus esset, nihilominus in eodem universitatis tribunali iudicium subire debeat, et ubi causa ibidem legitime discussa, is, qui inquisitus erat, damnatus fuerit, tunc

Bull. Rom. Tom. IV.

pronuntiata sententia curiæ ordinarii iudicis, vel ecclesiastici, vel sæcularis juxta reorum, vel inquisitorum qualitates exequenda tradatur.

§. 15. Præsentem autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quivis in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes hisce omnibus, et singulis non consenserint, minusque abbatissa, et moniales dicti monasterii Transaquensis, aut congregatio Bursfeldensis, aut quicumque alii citati, vocati, vel auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, et prætextibus de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis dispositionibus, revocationibus, limitationibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus, aut alias quodcumque, et quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendere, sed ab illis semper, exceptas, semperque firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit perpetuo, et inviolabiliter observari, ac dictæ universitati, ut præfertur, erectæ, illiusque personis perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere.

Exemptio literarum a vitio obreptionis, et subreptionis.

§. 16. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, Sedisque apostolicæ nuntios, ac pro tempore existentem Monasteriensem episcopum, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Quocirca eidem venerabili fratri Nostro Joanni Baptistæ archiepiscopo, et nuntio, ejusque successoribus, nimirum pro tempore existenti romani pontificis, et apostolicæ Sedis ad tractum Rheni nuntio per apostolica scripta mandamus, eique facultatem, auctoritatem, omnimodamque jurisdictionem tribuimus, et elargimur, ut ipse præsentem Nostram literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus

Publicatio solemnitas.

B b b b

fuerit solemniter publicans omnia, et singula in presentibus Nostris literis contenta, sancita, et praescripta exequi curet, eidemque universitati, et illius personis efficacis defensionis praesidio assistens faciat Nostra, et apostolicae Sedis auctoritate ipsas praesentes, et in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observari, ipsamque universitatem, ut praefertur, erectam, illiusque personas, quas easdem praesentes quomodolibet concernunt, et concernent in futurum, omnibus, et singulis earumdem praesentium tenore elargitis pacifice frui, et gaudere; non permittens eam, vel quempiam ex ipsis personis per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari.

Sanctio poenalis.

§. 18. Contradictores quoslibet cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel praeminentiae fuerint, per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, vel facti remedia, appellatione posposita, compescendo; ac legitimis super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariae apostolicae regulis de iure etiam quaesito non tollendo, ac Symmachi, et Pauli secundi de rebus Ecclesiae non alienandis, nec non Bonifacii pp. VIII., qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diocesim ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede apostolica deputati extra civitatem, vel diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus diebus, aliisque apostolicis aliorum romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, dictique monasterii Transaquentis, et Bursfeldensis congregationis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privi-

legiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem monasterio, et congregationi praedictae, eorumque personis, ac bonis per quoscumque romanos pontifices praedecessores Nostros, dictamque Sedem, vel alios quoscumque sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et irritantibus decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, certa quaeque scientia, et potestatis plenitudine concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi perinde ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata presentibus Nostris literis inserti essent, pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuae firmitatis praemissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes, plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrae suppressionis, extinctionis, facultatum impertitionis, praeccepti, iussionis, mandati, erectionis, institutionis, subpositionis, subjectio- nis, concessionis, indulti, prohibitionis, assignationis, applicationis, appropriationis, praeccepti, decreti, commissionis, mandati, et derogationis infringere; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, quinto kalendas Junii, pontificatus Nostri anno quarto.

